



Y. M. C. A. 1882

BIBLIOTECA

Pere Marés Oriol







1837

507)

R.478521

15057

88/11

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script. The text is extremely faded and difficult to decipher, but appears to be organized into paragraphs or sections.

Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or a concluding note, also mostly illegible.



¶ Opusculum epistolarum familiarium & artis eorūdem scribendi .maxime
in generibus uiginti .Ad quæ tamen singulæ quos nunc utimur species de-
ducuntur .Suntq; genera ista uidelicet.

- .1. epistola commēdatitia .2.
- .2. epistola petitoria .3.
- .3. epistola munifica .4.
- .4. epistola demonstratiua siue laudatiua & uituperatiua .5.
- .5. epistola eucharistica siue regratiatoria .7.
- .6. epistola amatoria .8.
- .7. epistola lamentoria .9.
- .8. epistola consolatoria .11.
- .9. epistola expositiua .13.
- .10. epistola gratulatoria .14.
- .11. epistola exhortatoria .15.
- .12. epistola disuasoria .17.
- .13. epistola inuectiua .18.
- .14. epistola expurgatiua .20.
- .15. epistola domestica .22.
- .16. epistola cōmunis .23.
- .17. epistola iocosa .24.
- .18. epistola cōmissiua .25.
- .19. epistola regia .27.
- .20. epistola mixta .30.

Harum autem generum quodlibet suas habet species ut locis suis
in sequentibus studiosis horum patebit lucidissime.



*multis dāmati
operis permitti.*

OPVSCVLVM Scribendi Epistolas Francisci Nigri Incipit Foeliciter.

Franciscus Niger: Venetus: Doctor: Clarissimo uiro: Iacobo gerol/
do: Styro Cnitelfeldensi: Patauini Gymnasii Moderatori excellentissi/
mo: Ac utriusq; uirtutis cultori Foelicitatem.



Vma Pōpilius: qui post Romulū secūdus:
Rhomāi regni Mōarchiā: Regiosq; falces
foelici fidere cōsecut⁹ est: licet cū i sabinis eēt
solitudinē tātū: uniusq; egenā suā: ceteris
spretis: cōfabulationē delegisset. nec unq;
populari se istituto miscere uoluisset: ad sū
mū tñ regni apicē deuectus: quid unicuiq;
gētis suā ordini necessariū foret: sūma sem
p uigilātia exequi curauit. Vñ & rhomani
moris & uetustatis istaurator ē appellat⁹:
& post mortē diuio (ut credit⁹) stēmate do
nat⁹. Hoc tu cōsiderās. Iacobe ger olde uir
clarissime: licet superiorib⁹ ānis: dum priua/
tā uitā ageres: tuā tātū utilitati primū isudās: ut stoicū uirū decebat: bona
rum omniū artium studio indulgeres: nec alienis in negociis impeditū esse
delectaret: ne odiōsus uidereris aliorum censor fieri uelle. Cū tamen ad ho
noratā istam moderationē tuam primū ascendisti: in qua non tantū uide
bas: tibi iuris utriusq; moderamina suscipienda esse: quo te duce facilius ad
eius apicem possent uiri studiosi pertingere. Sed cum etiam multi occur
rerent: qui hoc in humili dicendi genere: quod familiare dicimus: tanq; ar
duum quoddam munus aggressuri: difficiles uidebantur posse proficere.
Tu sane illorū laborē miseratus: qb⁹ maxime necessariū fore uidebas: si ad
iuris tam diuini q; humani anfractus contēderēt: nō solū oratoriā illā sub
limēq; facundiā haurire: sed hanc quoq; inferiorē: ex cuius uestigio ad illā fa
ciliior sit conscensus. Me rogasti: ut qui hoc i gymnasio tuo publicas hūani
tatis lectiones profiterer: hūanū etiā hoc negociū tuo amore suscipere: quo
& tibi gratificarer: & ad hoc familiare scribēdi genus aspirantibus meo la
bore prodessem. Ego aut: qui tuis in me plurimis maximisq; bñficiis: tibi a
deo deuinct⁹ sum: ut si uitā ēt pro tua dignitate effundā: uel minimā adhuc
nō uidear meritorū tuorū partē assecutus: ut tuā morē gerere uolūtati: stu
diosisq; iuuenibus: meo labore aliquid emolumēti afferrē familiarē quā/
dā scribendi artē repperire conatus sū: longe quidē ab illa forēsi & graui se
motā: q; ā cū in unū corpus redegissē: ad te uir integerrime bonis auib⁹ mis

tere decreui: qui cum semper bonarum artium studiosus extiteris: quibus non minus ipse splendoris reddere studuisti: quam illae tibi: cumque semper doctos viros adeo excolueris: ac pietissime complexus sis: ut te utriusque uirtutis pariter ois merito academia iam appellare non dubitet: mihi dignus uisus es: cui opusculum hoc nostrum commendaretur: ut illud a maliuorum morsibus tuereris. Ad te igitur uenientem suscipe libellum: & inter reliquos codices tuos: quos & plurimos & doctissimos in celeberrima bibliotheca tua undique collegisti: huc quoque nostrum: tanquam illorum seruulum collocato. Non enim indignum erit: inter tot sapientissimos uiros: quorum monumenta splendidissimo pluteo tuo seruantur: famulante quoque nostrum accedere codicillum: cui scio utranque foelicem seruitutem futuram. Opus autem ipsum facile consequemur: si primo epistolae genera declarabimus: ad quae singulae: quibus nunc potissimum utimur: species deducuntur. Secundo si clausularum: ad tales epistolas facierum: elegantiam breuiter exponemus. Postremo si unicuique uirorum ordini accommodatos titulos: unico tanquam axioma absoluemus. Sed iam bonis aures susceptae prouinciae: nostrique instituti sumatur exordium.

F Francischi nigri ueneti doctoris: pro nouitio: uero adolescentium: ad pedestre orationem aspirantium utilitate: **C**larissimo uiro: Iacobo geroldo: styro: **C**ontelfeldensi: patauini gymnasii moderatori excellentissimo: ac utriusque uirtutis cultori: ischnos dicendi modus: pietissime sacratus: inchoat.

Praefatio.



Scribendarum epistolarum initium licet multi uariis causis ascribat: illud ego tamen uerius existimauerim: quod in turpilianis fabulis uetustissimis memoriae traditum accipimus: non alia scilicet de causa epistolam fuisse repertam: nisi ut absentes amicos hoc tantum remedio praesentes redderemus: eorumque litteras ituentes: interuallo locorum ac temporis interpolatam aliquatim per amicitiam instauraremus: quae cum potissimum in diuturna consuetudine fundamenta iacere soleat: ea praetermissa: non parum quidem labefactari uidetur. Diuinam igitur non immerito epistolam appellauerim: quae diuino fungens officio: diuinum quoque in nobis opus efficiat.



Epistola est oratio pedestris: quæ absentes amicos præsentis facit: tam ad uoluptatē: quæ ad utilitatē tum publicā tū priuatā: diuinitus excogitata. Epistolarū autē genera sunt uiginti: primū scilicet cōmendatitiū: secundū petitoriū: tertiu munificū: quartū demonstratiuū: quintū eucharisticū: sextū amatoriū: septimū lamentatoriū: octauū consolatoriū: nouū expositiuū: decimū gratulatoriū: undecimū exhortatoriū: duodecimū dissualorium: tertiumdecimū inuectiuū: quartumdecimū expurgatiuū: quintūdecimū domesticū: sextumdecimū cōmune: decimumseptimū iocosū: decimumoctauū cōmissiuū: decimūnonū regiū: uigesimū & ultimū mixtū.



Commendatitiū genus: caput primum. **C**ommēdatitiū genus ē illud: quod fit in alicuius certæ personæ cōmēdationē: ad demōstratiuā uel iudicialē causā accōmodatū: huius autē generis species sūt duæ. Una. scilicet epētica. Altera uero dicæanica.

Cōmendatitia

Dicæanica

Epētica

Ciuilis

Crimialis

Epētica epistola cōmendatitia est illa: quæ scribitur in alicuius certæ personæ cōmēdationē: pro aliqua dignitate consequenda. Cuius epistolæ talis est regula.

Si cōmendatitiā epistolam: quæ epētica dicitur scribere uoluerim: illā in partes quatuor diuidemus. In quā priā ab ea persona beniuolentiā captabim: ad quā scribim: laudātes illā uel a liberalitate siue munificētia: quæ in oēs utitur: unde nobis maxia exoriat fiducia ad ipsā ueniēdi: cū spe id facile obtinēdi quod cupim: uel etiā ab alia uirtute: & maxie ab illa: cuius est is plenus: quæ cōmēdare uolumus: dicētes eā personā semp fuisse assuetā talibus uiris fauere: cū ipsa ex eorum nūero sit. In secūda uero beniuolentiā captabim ab eī persona quā cōmendare itendim: ipsā maxie laudātes: dicētes quoque ipsā pro uirtutes suas oībus eē gratissimā: & nobis præcipue: quæ ei assuetudie diuitiū usi fuerimus. In tertia autē re ipsā expōem: quā impetrare cupim: illā eē iustā honestā & facile arguētes. & ex quā maximū sit honorē consequitur ille. ad quē scribim si uoluerit illi amico nostro fauere. quæ cōmēdam. In ultima uero parte uel aliqd pmiū pollicebimur. uel potius perpetuā seruitutē nostrā offeremus si quod petimus cōsequi poterim dicētes quod quicquid in ipsū amicū factū fuerit tāquā in nos ipsos factū existimabim.

Cōmendetur. Cæsar sempronius. pro equestri dignitate consequenda.

Non auderem inuictissime caesar tam familiariter ad maiestatem tuam scribere: ne temeritatis uitio notandus essem: nisi te omnium humanissimum omniumque adeo benignissimum esse perspicerem: ut eos etiam: quos nunquam uideris non cesses in dies tua tibi beneficentia deuincere: unde fit. ut ego quoque ad te uenire non dubitem: cum summa spe id obtinendi: quod a te potissimum impetrare cupio.

2 Sempronio namque uiro strenuissimo multos annos utor ualde familiariter: qui & suo splendore: & utriusque uirtutis insignibus: omni populo modo a deo gratus est: ut quem illi praefereat: habeat profecto neminem. Is enim cum annis exactis: hac in expeditione tua panonia: multa quidem atque praecleara de se strategemata praestiterit: quibus apud omnes milites tuos maximam sibi gloriam comparauit: emerit nunc miles in patriam quiete reuerti cupiens: uellet meritam militariae suae lauream consequi: proinde me exorauit: ut eum tuae maiestati commendarerem. Ego igitur: qui eius petitionem iustam esse & honestam uideo: ut is scilicet digno labore suorum premio condonetur: quo reliqui magis ad uirtutem accendantur: tuae illi inuictissimae maiestati summo opere commendo: ut cum eum militari stamine decoraueris: & meam intelligat commendationem non fuisse uulgarem: & tibi immortalis gratiam sit habiturus. Vale.

De Dicæanica ciuilibus.

Dicæanica epistola commendatitia est illa: quae scribitur in alicuius certae personae commendationem: pro aliquo negotio expediendo: huius autem epistolae species sunt duae: una scilicet ciuilibus: & altera criminalis.

Dicæanica epistola commendatitia: quae ciuilibus dicitur: est illa: quae scribitur in alicuius certae personae commendationem: pro aliqua forensi causa expedienda: cuius epistolae talis est regula. **Regula.**

Si commendatitiam epistolam dicæanicam: quae ciuilibus dicitur: scribere uoluerimus: illam similiter in partes quattuor diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus ab ea persona: ad quam scribimus: laudantes ipsam a summa iusticia & aequitate: dicentesque inde nobis maximam spem fuisse exortam: quod amici nostri causam commendatam suscipiet. In secunda uero beniuolentiam captabimus ab ea persona: quam commendare uolumus: laudantes ipsam ab omni uirtute: quam ei poterimus tribuere: & dicentes: quod propter tales uirtutes suas, non solum nobis: sed etiam omni populo sit gratissimus. In tertia autem beniuolentiam captabimus ab ipsa re: de qua scripturi sumus: laudantes ipsam a iusticia & aequitate: a facilitate & aequalitate: & ab utilitate: dicentes maximam iudici futurae honoris: si eam susceperit expediendam. In ultima uero parte petemus quod impetrare intendimus: dicentes primo amicam nostram maximam spem habere: quod propter amorem nostrum sit ei commendatus: deinde rogabimus: ut haec spes eum non fallat: promittentes aliquid premium: ut in praecedenti epi

stola factū est.

Propositio.

Cōmendetur iudici pomponius: pro forensi negotio suo expediendo.

Exemplum.

pars 1

Tāta ē iusticia & æquitas tua excellētissime iudex: quæ nō mihi solū: sed omni-
bus etiam ciuibus istis notissima est: ut sine alteri⁹ patrociniō uiri: possit, q̄
q̄ intrepidus ad te confugere: cum sūma ac certissima spe: etiā contra acerrī-
mos aduersarios suos uictoriam obtinendi: unde preter amorē ac beniuolē-
tiam illam: qua inter nos uterq̄ nostrum deuinctus est: non mediocris etiā
mihi fiducia suggeritur quod si aliquē tibi litteris meis comendauero qui
iniuste ab aduersario opprimatur: æquissimū illi fauorem tuum prestabis

Cū igitur pomponio uiro optimo per multos annos utar familiarissime
qui singulari uirtute sua: omnibus q̄ gratissimus est: cuius uirtus non ob-
scuro nec uario sermone: sed & clarissima: & una omnium uoce predica-
tur. Cūq̄ is magna quadām negotia & ampla expedita habeat coram
excellētia tua peragenda: & ex quibus magnum posset & honorem &
decus consequi: me rogauit: ut eius tibi hæc negotia uellem per litteras cō-
mendare. Confidens se litteris istis apud te gratiosū fore. Ego igitur: qui
talem uirum maxime diligo: tum propter eius uirtutem: tum maximā pro-
bitatem: eius causas tibi summopere cōmendo. rogoq̄ ut omnibus in reb⁹
eum ita tractes: ut intelligat amiciciam nostram inter nos aliquid ualuisse:
cui ipse perpetua erit seruitute deuinctus. Vale

Dicæanica criminalis.

Dicæanica epistola cōmendatitia: quæ criminalis dicitur: est illa quæ scribi-
tur in alicuius certæ personæ cōmendationem pro aliqua criminali causa
expedienda: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si cōmendatitiam epistolā dicæanicā quæ criminalis dicitur: scribere uolue-
rimus: illam similiter in partes quattuor diuidemus. In quarū prima nō
amplius aperte: sed occulte beniuolentiam captabimus per insinuationē:
laudantes primo personā illam ad quā scribimus: dicentesq̄ illā penit⁹ ab-
horrere ab illo uitio: cuius fuerit notatus ille: quem cōmendare uolumus.
deinde dicentes: nobis etiam sūmopere displicere quod tali uiro obicitur.
aggrauantes illū quantū poterimus. In secūda uero dicemus: quod licet
super hac re deliberauissēmus: nihil penitus scribere: tamen considerantes
bonū aliquod uel utilitatē publicā seu priuatā: quæ posset ex tali uiro pro-
cedere: cū excepto hoc uitio cuius insimulatus est: alias sit bonus & hone-
stus: conabimur ipsū paulatim laudare: concludentes: q̄ homo non res sit
inspiciēda. In tertia autē eū omnibus uiribus nostris talē uirū cōmenda-

bimns: exponentes quāta sit inde utilitas secutura'. In ultima uero offerre
mus: ipsum nō amplius esse talia facturum: sed potius semper uirtutib' &
bonis operibus uacaturū: offerentes similiter & operam nostram & talis
uiri nunq̄ illi ad quē scribimus: esse defuturam.

Propositio.

Cōmendetur **C**asari milo: quod quāuis clodium interemit: a capitis tā mul-
ta liberetur.

1 pars'

Exemplum.

Noui **C**asar inuictissime: quantum semper ab ineunte aetate ab omnia peni-
tus scelesto facinore fueris alienus: ita ut nullū nūquā uolueris flagitiosum
uirū in hac tua ciuitate coalescere: & illū prācipue: qui ab omni pietate se
2 motus: in p̄prios cōciues suos parricidiū cōmitere ausus fuerit. Vnde &
ego quoq̄ non solum homicidas a me penitus alienos feci: sed eos tanto
magis abhorruī: quanto crudeliores sunt ī perturbanda hominū societa-
te: quā semper ab omnib' mirifice tutanda est. hinc effectum erat ut nullo
pacto uellē: etiā rogatus: in milonis fauorē ad tuam maiestātē scribere: nisi
me ceterā eius uirtutes coegissent: quā tot & tāta sūt: ut eas uix numerare
3 audeā. Is enī: excepto hoc facinore: quod etiā inuitus patrauit: tanta sem-
per fide in remp. nostrā usus est. ut sapissime pro eius salute seruanda: non
4 opes solū: sed & propriū sanguinē expōere nō dubitarit. Quod cū mecū
ipse cōsidero: nō mihi uidetur hoc caluale facinus tantāq̄ uirtutū premia
abolere debere: tuam proinde maiestātē exoro: ut non rem sed hominem
ipsum inspiciens: tanto uiro dignet' ueniā prebere: qui & nūq̄ deinceps in
tale facinus est lapsurus: & pro te: ut semper antea fecit: animā ipsā: si opus
fuerit est libentissime expositurus. Vale.



Petitorium genus. Caput secūndum.

Petitorium genus est illud: quod sit: pro alicuius certā rei impe-
tratione: quā u' in aliqua gratia consequēda: uel in aliquo mu-
nere obtinendo: constituta est. Huius igit' generis species sunt
duae. Vna scilicet gratiā: altera uero rei.

Petitoria

Gratiā.

Rei

Petitoria epistola gratiā est illa: quā ad aliquē amicū scribit' p̄ alicuius rei in-
corporeā impetratiōe: cuius epistolā talis est regula.

Regula.

Si petitoriam epistolam gratiā ad amicū aliquē scribere uoluerimus: u' in do-
ctrina: uel in consilio: seu in aliquo patrociniō ipetrādo: ī qnq̄ partes talē
epistolā diuidere debemus. In quāq̄ prima oportebit nos dātis facultatē

4
declarare: ne forte se excusare possit: quod si quiret: id faceret. In secunda uero petitionis nostrae honestate & iusticiam ostendemus: ne forte si excusatus amicus ille ad quem scribimus: diceret se facturum si aequum esset: In tertia autem rei petita modum & facilitatem apiemus: ut eo libentius eam consequamur: quo facilius fieri poterit. In quarta uero premium pollicemur: uel in aliquo precio constitutum si mercenaria fuerit persona: uel potius in seruitute perpetua offerenda: ut bonum uirum decet. Propositio autem: quae quinta pars est: his superioribus partibus intericietur ubi aptior esse uidebitur.

Propositio.

Petatur a Cicerone patrociniū: in causa ualerii: quā corā iudicibus acturus est

Exemplum.

pars 1

Incredibilis illa faciendia tua: marce tullii: quae in omnium oculis mirifice elucescit: ita ut nullum praeter te: censeat ciuitas nostra: oratorem habere: qui & in forensibus causis sapientia iusticia: & aequitate utatur: & in ceteris rebus peragendis: non minus sibi apud omnes splendoris & gloriae adiciat: me nunc potissimum ad te uenire compellit: cum summa fiducia id consequendi: quod animus meus exoptat. Est namque mihi cum aduersario meo iustissima quadam controversia: quod cum ab eo hereditate spoliatus sim: peto ut in eam uolente sic iusticia reducar: ille autem nequissimo in me animo perturbatus suis studet cauillationibus me ab illa remouere. Tuam igitur in hoc casu sapientiam requiro: quae in senatu coram iudicibus orationem habitura: non solum me ab his aduersarii calliditatibus absoluat: sed et in optatam hereditatem inducat. Quod profecto tibi facile futurum est: si ad patris mei testamentum aduerteris qui praeter omnes: me unicum sibi heredem legauit: quamuis patruus mei. calliditate urgente: uidear ab hac penitus hereditate alienus. Quod si feceris: ut spero. & opto. post legitimam mercedem tuam. quae tibi a me liberaliter exponetur. me semper habebis. cui tanquam minimo seruo posses in omnibus tuis uotis ac desideriis iubere. Vale.

¶ Petitoria rei.

Petitoria epistola rei est illa. quae ad aliquem amicum scribitur. pro alicuius rei corpora impetratione. cuius epistolae talis est regula.

Regula.

Si petitoriam epistolam rei ad amicum aliquem scribere uoluerimus. pro aliquo munere impetrando. istam similiter epistolam in partes quinque diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus ab ea persona. ad quam scribimus laudantes ipsam prius a liberalitate. deinde potissimum ab auctoritate illius rei concedendae. quam petimus. In secunda uero demonstrabimus petitionis nostrae honestatem una cum summa ipsius rei petita necessitate sine qua uix facere possimus. In tertia autem

ostendemus tali uiro facile esse nolis illud tribuere: quod petimus: & in hoc loco aperiemus ipsius uiri facultatē: non solum in tali re: sed etiam in maiore multo eroganda. In quarta præterea premiū aliquod pollicebamur: uel in precio constitutū: uel potius in aliqua seruitute: quæ animum nostrū gratum ostēdat. Ipsam demum propositionē inter partes istas: prout nobis melius uidebitur: interponemus: sicut in superiore præceptū est.

Propositio.

Petamus a titio digestorum opus: quod nobis maxime affectamus.

1 pars

Exemplum.

2 Noui semper titi eam esse ingenii tui conditionē: ut ad uirtutem a spirantibus uiris non opibus solum: sed etiā sanguine ipso: si opus foret: benignissime subuenires: hacq; de causa non mediocriter tibi apud omnes nomen comparasse: nec minorem quoq; a diis gratiam constitutū: qui te tot tantisq; opibus stipauerunt: ut facile etiā: præter hanc beneficentiā tuam: possis omnibus suppetias ferre. Hinc est: quod cū iam p̄ multos annos iuri casareo operam præstem: ac non possim propter librorū inopiam ad eius apicem peruenire: statuerim ad tuā opem confugere: sine qua aut nihil penitus hoc in gymnasio consequi potero: aut tandem inceptam prouinciam deserere cogar. Cum igitur tibi bonis uiris & ad uirtutē anhelantibus tam facile sit opem subministrare: q̄ uelle & posse: cū præsertim etiam multos tuæ fidei comendatos e limo (ut ita dixerim) ad calū usq; sustuleris. Tuam prouinde beneficentiā exoratā uelim: ut mihi digestum unum dignetur elargiri quo inceptum studium perficere possim: & tibi non mediocrem gloriam adiungere. Quod si feceris ut spero & opto: tanti in me beneficii tui memoriam nulla unq̄ delebit obliuio: sed tibi potius si debitas gratias agere uel referre non potero: sum tamen immortales habiturus. Vale.

¶ Munificum genus. Caput tertiū.

Munificum genus est illud: quod fit pro alicuius certæ rei erogatione: quæ uel in aliqua gratia elargienda: uel in aliquo munere condonando: constituta est: huius igitur generis species similiter sunt duæ: una scilicet gratia: altera uero rei.

Munifica

Gratiæ

rei

Munifica epistola gratiæ est illa: quæ ad aliquem amicum scribitur: pro alicuius rei incorporeæ erogatione: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si munificam epistolā gratiæ ad amicum aliquem scribere uoluerimus: uel in doctrina: uel consilio seu in aliquo patrocinio erogando: illā in tres partes

diuidemus. In quarū prima captabimus beniuolentiā ab ea persona: ad quam scribimus: demonstrantes: quod propter amorē & beniuolentiam: qua in eam sumus affecti: deliberauimus talem gratiā ei conferre: qualem ipse per litteras suas petiuerit: uel qualem nos scimus ipsi esse necessariam. In secunda uero exponemus munus nostrū: quod ipsi amico uolumus erogare. ipsū quanto honestius poterimus laudantes: ad hoc ut ipsi gratū sit ut ab ipsa re uideamur beniuolentiā nobis constituere. In tertia autē & ultima offeremus eidē amico operam nostrā: in ceteris rebus quālibentissime accommodatā: dūmodo possimus ei re gratā facere: declarātes hoc esse amici officiū: ut in rebus omnibus debeat alteri amico operā suā præbere.

Propositio.

Polliceatur. Cicero patrociniū suū ualerio: in causa forensi: quam coram iudicibus acturus est.

Exemplum.

pars I

Accepi tuas litteras ualeri charissime: ex quibus intellexi quanto desiderio afficeris: ut tibi in controuersia tua patrociniū meum præstare uelim: quod profecto me: facere cogit non solū causæ tuæ iustitia & æquitas: que omnium uiroꝝ bonorum fauorem merito consequi debet: sed etiam amor ille & beniuolentia singularis: qua semper ab ineunte ætate in omnes tuos: in teque præcipue affectus sum. Tibi proinde nō solum patrociniū meum in hac tua causa polliceor: uerū etiam omnē offero fauorē: quē amicissimus quisque alteri debet amico communicare: ita ut nullū penitus laborem recusaturus sum: dū tibi gratificari possim: quod adeo libenter exequi conabor: ut si res mea propria ageretur: sed hoc melius fieri: quā scribi aut dici uolo. In ceteris autē rebus: quæ per me tua gratia effici poterunt. offero me tibi in omnibus adeo deuotū: ut scias me nihil gratius exequi posse: quā quod tuæ sensero gratū esse uoluntati: cui omnē operā meā: in omnibus optatis tuis quālibentissime paratā offero. Vale.

¶ Munifica rei.

Munifica epistola rei est illa quæ ad aliquem amicū scribitur: pro alicuius rei corporeæ errogatione: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si munificam epistolam rei ad amicū aliquem scribere uoluerimus: pro aliquo munere errogando: istā similiter epistolam in partes tres diuidemus. In quarum prima captabimus similiter beniuolentiam ab ea persona ad quam scribimus: declarantes: quod propter amorē & beniuolentiā: qua in ipsam sumus affecti: deliberauerimus ei tale munus facere: quale ipse a nobis per litteras petiuerit: quia maxime scimus ipsū tale donum non solum ei gratissimum futurum: sed etiā maxime accommodatum. In secunda

uero conabimur omnibus uiribus nostris ipsū munus nostrum commenda-
re: cum omni tamen modestia & sapientia: ne uideamur: ipsū laudantes
de nobis iactanter loqui: & similiter in hoc loco conabimur ostendere
quod hoc tantum fecerimus ea de causa: quia sumus ualde inclinati: ad o-
mnia faciēda: quæ scim⁹ tali amico nostro esse utilia & grata. In tertia ue-
ro & ultima offerem⁹ similiter in cæteris rebus oēm operā nostrā amico
accōmodatā: dū mō sciamus illi gratificari: & aliqd emolumentum afferre

Propositio.

Mittat titius digestorum opus arcadio: quod ipse ab eo per litteras expositu-

1 pars

Exemplum.

(lauerat.

Litteræ tuæ: quas proximis diebus accepi: me adeo oblectarunt arcadi charis-
sime: ut inter cæteras molestias meas: hæc mihi maxima profecto consola-
tio fuerit. Cum præcipue nihil aliud affectem: q̄ ut tibi me gratificari sen-
tiam: & maxime cum uideo iandiu te litteris & bonarū artium studio a-
deo deditum esse: ut quem tibi præferam: habeā profecto neminem: quod
2 mihi tanto gratius est: quanto maior est amor & beniuolentia: qua inte af-
ficio: quæ te etiam indies exoptat in maiorē uirum euadere. Quapro-
pter cum a me per litteras easdem petieris digestorū opus: ut eo facilius pos-
sis inceptum studium perficere: quo maior tibi dabitur cōmoditas studen-
di: deliberaui equidē desiderio tuo satisfacere. Vnde expedito subito hoc
nuncio: cui ad te litteras istas dedi: misi libentissime tibi opus: quod tan-
topere cupiebas: ut eo in tuis studiis adeo familiariter uti possis: quod &
tibi utilitatem maximā: & mihi non minorē leticiam adiungat: nam pro-
fecto quanto magis te diligo: tanto maiore afficio cupiditate: te aliquan-
do in huiuscemodi artium nostrarum palestra uictorē uidēdi. Si quid ē præ-
3 terea: quod tibi gratū efficere possim & periucundū: tuum est præcipere:
meum autē exhilarari fronte mandata tua exequi: cui etiam omnem operā
meā offero: in omnibus optatis tuis q̄ libentissime accōmodatā. Vale.

¶ Demonstratiuū: genus caput quartū.

Demonstratiuū genus est illud: quod fit in alicuius certæ perso-
næ laudem uel uituperium: huius igitur generis species sunt duæ:
una scilicet laudis: altera uero uituperii.

Demonstratiua

Laudis

Vituperii

Demonstratiua epistola laudis est illa quæ ad aliquē amicū scribitur: pro alicu-
ius personæ commendatione: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

ad quē scribim⁹: uel alteri⁹.

Si demonstratiuā epistolā laudis ad aliquē amicū scribere uoluerim⁹: uel i ei⁹ lau-

persona: de qua mentionē facere uolumus: illam in partes tres diuidemus:
 In qua prima declarabimus: quod licet uires nostræ non sint sufficien-
 tes ad laudandū tantū uirū: quia eius conditiones superant omnē modū
 scribendi: tamen ut faciamus officium nostrū non possumus non aliquid
 scribere: & in hoc loco accipiemus illam excusationem: circa talem auda-
 ciā scribendi quæ nobis uidebitur esse conuenientior. In secunda uero in-
 cipiēmus ipsam personam laudare ab aliqua uirtute uel disciplina: quæ lau-
 dabilior sit in tali uiro: quem laudamus: & etiam uniuersalibus clausulis
 utemur: dicendo eius conditiones tales & tantas esse: quod nō facile possi-
 mus tali stilo scribendi illas cōplecti. In tertia autē & ultima dicem⁹: nos
 uoluisse hæc pauca dicere: quæ quasi nulla sunt: respectu illorum: quæ dici
 possunt: simulq; declarabimus: omnia hæc dixisse: non assentationis: sed
 ueritatis causa incitatos: & ut aliquantulum gratum animū ostenderimus
 erga talem uirū: quem cōmendauim⁹: offerendo similiter omnē operam
 nostrā: ipsi amico penitus in omnibus suis optatis paratam.

Propositio.

Laudetur Callimachus uates: apud illustrissimū dominiū ac senatū uenetū.

Exemplum.

pars x

Licet honus longe meis uiribus impar hodie susceperim. Serenissime prin-
 ceps: uosq; nobilissimi patricii: ut per litteras meas uobis callimachi uestri
 laudes exponerem: quæ tot & tantæ sunt: ut profecto nesciam a quib⁹ po-
 tissimū initium suscepturus sim: quæ ue facile omnē dicendi scribēdiq; fa-
 cultatem superant. Est tamen officiū meū: qui eiusdem militiae disciplina
 teneor: hunc strenuissimū sapientissimūq; militē sūmis laudibus extolle-
 re: qui etiā imbecille huic epistolæ meæ facile poterit conueniens argumē-
 tū præstare. Est profecto tale tātūq; Callimachi mei ingenium: talis do-
 ctina: ac rerū pene omniū experientia: ut pares admodū sibi paucos no-
 stra uiderit atas: qui tam in publicis: q̄; priuatis lectionibus suis tantæ est
 huic gymnasio uestro utilitati: tanto splendori & ornamento: ut facile eo
 instituyente cætera italiae gymnasia: quæ humanā disciplinā profiteantur:
 & superet & excellat. Sed nollē: diu si tanti uiri laudib⁹ exponendis i mo-
 rando: epistolæ modum nescius excedere: proinde in aliud tempus reli-
 qua non scribenda: sed potius dicenda reseruabo: quo & fidei & ueritati
 inseruiam: & uobis tantum uirum melius intelligendum noscendūq; præ-
 stem: cui etiam ut cæteris laude dignis facere soletis: & gratiam & fauo-
 rem uestrum benignissime tribuatis. Valete.

¶ Demonstratiua uituperii.

Demonstratiua epistola uituperii est illa quæ ad aliquem amicum scribitur:
 pro alicuius certæ personæ uituperatione: Cui⁹ epistolæ talis est regula.

Regula.
Si demonstratiuā epistolā uituperii ad aliquē amicū scribere uouerimus: in alicuius certae personae uituperationē: illā similiter i tres partes diuidemus. In quarū prima beniuolentiā captabimus a persona nostra: demonstrantes: quod non uelimus scribere contra talē personam: eo quod naturaliter delectemur aliis detrahere: sed assignabimus aliquā rationabilē causam: propter quā simus incitati ad talia scribenda. In secūda uero uituperabimus ipsā personā: contra quā scribere intendimus: cū omni modestia & honestate: ita ut non uideamur hoc facere propter odiū uel malignitatē: sed potius propter ueritatē tutandā: uel quia ipsa dum in superbiā eleuatur: & neminē uult apud se pati: potius digna est tali uituperatiōe: ut deinceps desistat ab ista superbia. In tertia at & ultima excusationē capiem⁹ cū ea persona: ad quā scribimus: si fortasse cū tali scriptura aures suas offenderimus: dicentes nos ideo hāc ad eam scripsisse: quia intelligimus ei⁹ integritatem: & ideo uolumus super his omnibus eā iudicē constituere: offerendo nos ipsos & oīa nostra ipsi amico accōmodate.

Propositio.

Vituperetur, **Catilina** apud **Ciceronē**: quia ipse in patriam coniurauerit.

1 pars

Exemplū.

Non est consuetudinis meae. **Cicero** charissime: ut aliis detrahendo: quod plariq; facere consueuerunt: mihi famam gloriamq; comparare studeam: & his praecipue: quorū scelesti facinora mihi minus nocere possunt: imo & saepius ab inimicis meis laceffitus: ad ultimū usq; perpeffus sum: Sed cum uideam scelestissimum **Catilinam**: qui sibi omnes ciues nostros perpetua quadam seruitute deuinctos existimat: non solum in priuatum bonum: sed etiam in publicum scelestissime coniurasse: non possū me penitus continere: quin eius tibi scelera aperiam: ne fortasse diu occulta magis nocerent. Scias proinde. **Cicero** charissime: praeter reliqua huiusce nebulonis uitia: quae omnibus profecto notissima sunt: hoc quoq; deterrimum adiungi: quod dieq; noctuq; scelestissimus iste carnifex omnes nefarios uiros: ambit: ut eos in bonorum uiuorum perniciem inducat: hoc enī omnibus ciuibus nostris adeo manifestum est: ut sole clarius elucescat: cum praesertim etiam publicis minis multos affecerit: qui eum tanq; uenenosum serpentem effugiūt: proinde eradicandū eēt hoc malum mi **Cicero**: ne grauius inualefcens offenderet. Non scripsi hāc profecto: ut aliquo i eū odio uel maliuolētiā meae satisfacerē: quā penit⁹ semp abhorruī: sed ut te his rebus tanq; sauerū iudicem constituens: inducerē tandem ad pestē istā ex no

7.
stra ciuitate tollendam: tibi in omnibus etiam operam meam offerens &
libentissime paratā. Vale.

¶ Eucharistici genus. Caput quintū.



Eucharisticum genus est illud: quod scribitur ad aliquem ami-
cum: in gratiarum actionibus referendis: pro aliquo benefi-
cio suscepto: & huius generis species sunt duæ. Vna scilicet
pro munere. Altera uero pro beneficio.

Eucharistica.

pro munere

pro beneficio.

Eucharistica epistola pro munere est illa: quæ ad aliquem amicum scribitur in
gratiarum actionibus: pro aliqua re corporea elargita: Cuius epistolæ
talis est regula.

Regula.

Si eucharisticam epistolam pro munere ad aliquem amicum scribere uoluerim: ut
ei gratias meas agamus. Illam in partes tres principaliter diuidemus. In
quarum prima beniuolentiam captabimus a re ipsa: quam ab amico susceperim
mus: dicentes ipsam esse tanti precii: quod non facile possimus ei debitas grati-
as agere. In secunda uero beniuolentiam similiter constituemus a persona
nostra: declarantes: quod uires nostræ non sint sufficientes ad correspon-
dendum humanitati eius uiri: ad quem scribere intendimus: cum ipsa superet
omnem modum dicendi siue scribendi. In tertia autem & ultima: tales gra-
tias referemus: quales poterunt uires nostræ: offerentes similiter omnem
operam nostram tali amico in omnibus suis uotis paratam.

Propositio.

Gratias agat titio arcadius: pro digestorum opere: sibi ab eo elargito.

Exemplum.

pars I

Cum tui in me muneris magnificentiam & liberalitatem considero titi charissime
uideo quanta sint a me tibi gratiarum non solum agenda: uerum etiam referenda:
sed non possunt exigua ingenio mei uires hoc opus perficere: quod non
solum ipsas exsuperat: sed etiam facile omnem dicendi scribendi uel materiam
uincit: unde quid mihi potissimum faciendum sit: penitus ignoro: si enim a
tali gratiarum actione discedam: ingratitude mihi maxima ascribendum
erit: si uero gratias agere tentauero: nec mentem uerba sequentur: non mino-
ri uitio fortasse tribuendum: quod non possit animus meus sui gratitudinem

1. **præferre.** Cū igitur id assequi nequeam: quod cupio: ne ab officio meo
penitus discessisse uidear: illud saltem ad animi mei gratitudinem demon-
strandum: ingenue profitebor me non habere: quo pacto pro tanto in me
2. beneficio tuo: tibi meritas gratias agam. Dabo tamen operam: ut si qua
in re tibi prodesse possim: nunquā laboribus uel uigiliis parcam: sed potius
tanto libentius omnem tibi seruitutem meam deuoteā: quanto in me fue-
ris beneficentior. Vale.

Eucharistica pro beneficio.
Eucharistica epistola pro beneficio est illa: quæ ad aliquē amicum scribitur: in
gratiarum actionibus: pro aliqua re incorporea elargita: Cuius epistolæ
talis est regula.

Regula.
Si eucharisticā epistolā pro beneficio ad aliquē amicū scribere uoluerimus: ut
ei meritas gratias agamus: uel pro consilio: aut doctrina: seu patrocini-
o dato: illā similiter in partes tres diuidemus. In quæz prima beniuolentiā ca-
ptabimus a nobis ipsis demonstrantes: quod nesciamus: a quibus uerbis po-
tissimum debeamus incipere: ut pro tanto suscepto beneficio gratias aga-
mus: quia ingenii nostri uires non sint sufficientes ad id peragendū. In se-
cunda uero beniuolentiā constituemus ab ipsa re: laudantes eam: quantum
poterimus: & dicentes ipsā nobis maxime fuisse necessariā: & ideo accidisse
se gratissimā. In tertia autem gratias agemus: quales poterimus: demon-
strantes animū nostrum ualde esse inclinatum ad omnem gratitudinē de-
monstrandam: & in hoc loco similiter offeremus omnē operam nostram
huic tali amico quā libentissime accommodatam.

Propositio.
Gratias agat ciceroni ualerius: pro patrocini-
o ipenso in eius causa coram iu-
dicibus.

Exemplū.
Incertum est mihi profecto. Cicero: a quibus potissimum uerbis tibi gratias
agam: pro tanto in me beneficio tuo: qui non solū causā meā benignissime
tutandā suscepisti: sed etiā illā facillima quidē atque citissima uictoria expe-
diuisti: cū enī hoc tuū in me meritū cōsidero: deficiunt sane uires: quæ se ui-
dent a tanta beneficētia tua superari. Sicut enim mihi necessariū erat hoc
2. officium tuū: quod me a multis quidē curis liberauit: ita & gratissimū acci-
dit: & periucundū: unde efficitur: ut maxime cupiā: pares tibi gratias re-
ferre: sed cū hoc nostri non sit opis: cuius perexiguū est ingenium: illud tamē
3. ad animi gratitudinē aperiendā absoluā. Quod cū immortale sit futurū
in me hoc beneficiū tuū: immortales quoque tibi gratias me cogat habere: nā
profecto non solū referre: sed nec agere quidē audeo satis dignas: dedāque
tibi præterea omnē facultatē meā: omnē operā: meque ipsū totū: cuius serui-
tutem uolo tibi perpetuo esse dicatā. Vale.



A Amatorium genus. Caput. sextum.

Amatorium genus est illud: quod fit in amoris nostri demonstratione: ad aliquē amicum: quem amare cogamur: & huius generis species sunt duae: Vna scilicet honesta: altera uero turpis.

Amatoria

Honesta

Turpis

Amatoria epistola: quae honesta dicitur est illa: quae ad aliquē amicum scribitur: pro amoris nostri declaratione: quo honeste in ipsū fuerimus affecti: cuius epistolae talis est regula.

Regula.

Si amatoriā epistolā: quae honesta nuncupatur: ad aliquā personam scribere uoluerimus: illā principaliter i tres partes diuidemus. In quarū prima beniuolentiam captabimus ab ea persona: ad quā scribimus: laudantes uirtutem uel probitatē suam: propter quā dicemus omnes esse inclinatos: ad illum non solū amandū: sed etiam obseruandū. In secūda uero declarabimus: quod etiam nos propter talē istius uiri uirtutē: & optimas conditiones simus incitati ad ipsum diligendum. In tertia autem quanto apertius poterimus: exponemus amorē & beniuolentiā nostram erga talē uirum: & similiter in hoc loco ei offeremus omnē animum nostrum: in omnibus suis uotis quilibentissime paratum. Rogabimusq; ut ipse etiam uelit esse talis animi erga nos: quā nos statuerimus penitus amiciciā istam perpetuā fore quam etiā uolumus: assidua consuetudine: & meritorum alternatiōe confirmari.

Propositio.

Exponat Curio amorē suū erga Ciceronē: quē summopere diligit.

1 pars

Exemplum.

Tot & tātae sūt uirtutes tuae. Marce tullii: q̄ passim clarissima oīum uoce p̄dicātur ut oīum iudicio: tāq; fulgentissimū sidus: iter nostrae imbecillitatis tenebras: mirabiliter elucescas. Nā ut cetera omittā: q̄ in oīum oculis p̄p̄logē te mirabilē efficiūt nullus est q̄ nesciat: quāta eloq̄ntia q̄ntaq; dicēdi faciūdia ualeas: ita ut pares admodū tibi paucos nostris t̄p̄ibus consecutus sis. Taceo sententiarū grauitatē: illamq; incredibilem animi tui sapientiā quae tibi imortalitatem iā debitā comparauit. Taceo philosophiam u trāq; quae nomen tuū adeo celebre reddidit ut nullus sit: qui Ciceronē: utriusq; uirtutis floribus uallatū: non amet non ueneretur: non obseruet. Inde effectū ē: ut ego quoq; qui ab ineunte aetate uirtuti semper inuigilaui: sim maxie ad te amandū incitatus: & licet tanti uiri amiciciā habere adhuc minime prome

ritus sū: cupio tamen hoc mihi a diis immortalib⁹ potissimū prastari: quē omnes amant: colūt: admirantur. illius ego talē beniuolentiā acquirā: qualem si mihi euenire sensero: habebō pfecto nō mediocres ipsis superis gratias. **T**ibi igitur primū cordis hui⁹ ardorē offero: quē tu ī omnib⁹ optatis tuis senties pfecto paratissimū: offero amiciciā: quā nostra faciēte cōsuetudine sit perpetuis temporibus cōseruanda. ac mutuorū beneficiorū alternatōne cōfirmāda: quā si tu (ut spero) benigno corde susceperis: dabo sane operā: ut minime ingrātā tibi sentias. **V**ale.

Amatoria turpis.

Amatoria epistola: quā turpis appellatur: est illa quā ad aliquam amicam uel pulchrā puellā scribitur ab amatore suo: pro amoris sui declaratione: cuius

Regula.

(epistolā talis est regula.)

Si amatoriā epistolam quā turpis dicitur ad aliquam puellā scribere uoluerimus: illā potissimū in partes quattuor diuidemus. In quā prima beniuolentiā captabimus ab ea persona: ad quam scribimus laudantes ipsam triplici laude. primo. scilicet a uirtute uel morali uel litterali: si litteris fuerit imbuta. secundo a genere si fuerit generosa: uel a fortuna & diuitiis: si ex humili genere nata fuerit: tertio a pulchritudine: quā maiorē habet cōmendationē & efficaciam in amore. In secūda uero beniuolentiā captabimus a persona nostra: demonstrantes primo sine aliqua arrogantiā: conditionē nostrā propter quā etiā ipsa puella incitetur ad amorē nostrū: deinde ei: quantum honeste poterimus declarantes amorē & beniuolentiā: qua in ipsam efficiamur. In tertia autē rogabimus ipsā ut penitus uelit acquiescere precibus nostris: & nos sibi amare quēadmodū eā amamus: laudantes hunc amorē: & dicentes: ipsam esse rē potius diuinā: quā humanā: simulq; adducentes aliquod exemplum aliarū puellarū: quā in amore positā: foelicē uitam sunt conlectā. In quarta uero & ultima: adducemus ipsā puellā in timorē alicui⁹ dāni: si noluerit talē amorē sequi: & simul confirmabimus p exempla aliarū foeminarū: quā uolentes amori adherere: crudeliter uitā finierunt: deducentes ipsam amicā nostrā in talē timorem: & conclusiue inducentes ipsam ad amorē: ne aliquid malū ei contingat: cui etiā offeremus omnē operā nostrā: cū omni honestate ei paratam.

Propositio.

Scribat ad tybē pyramus: pro amoris sui declaratione: ut illam in amo-

r pars

Exemplum.

(rem inducat.)

Non sine causa effectum est suauissima tybē. ut omnes in te populi nostri

conspicuos oculos habeant: te ament: te mirentur te obseruent. Cū enim ex una parte considerant duplicē illā uirtutē tuā: quæ te semper adeo illustrauit: ut nullus sit: qui præstantiorē doctrinam profiteatur. nec suauiores morum institutiones præse ferat. Cū diuitias secundāq; semper ac facilem fortunā admirantur: quæ tibi & generis nobilitatē: & nobilitatis ornāmēta subiecit. Ex altera subito parte occurrit singularis illa & diuina potius q̄ humana formositas quæ te merito nō in hoc seculo natam: sed de celo p̄ lapsam testatur. Conspiciunt enim faciē illam tuā serenissimā: quæ etiā nubilosum posset illustrare cælum. Conspiciunt sidereos illos oculos tuos: qui omnē penitus intueno possunt amouere dolorem ac luctuosos animos in summū gaudium traducere. Conspiciunt denique candida colla: parios lapillos facile superantia: mirantur castigatā frontē: purpureū iuuentæ lunrē: flauos crines: omniaq; penitus mēbra decora: quæ cōspiciēdo: non possunt nō laudare: laudādo non amare: amando deniquæ non obleruare. Hinc ego iter cæteros æquales meos satis fortunatus adolescens: & fortasse etiā fortunatissimus futurus: si amorē tuū consequi meritus fuero: cū tales conditiones tuas animo cōplector: non solū ad te amandā. colendā: & obseruandā impellor: sed pro te etiā emori cogor nec uigilans nec dormiens quiescere possum: ita ut cum ex una parte me socii foelicem appellent: quia cū satis honesta uirtute: non mediocris quoq; accessit & fortuna. Ego tamen potius me in foelicē existimē: cum tibi placere non possim: i qua solū omnes spes meas constitutas esse uolui. Verte igitur aliquantulum benignissimos in me ocellos tuos uirgo pudicissima: & hunc tibi seruulū ab ineunte ætate dicatū pientissima suscipias: non enī humana res sed diuina potius est amor: nec tibi parū uideatur amori parere: cui nō solū humani principes: sed & diuina quoq; colla subiecere. Et caue ne fortasse amorem despiciens: tui mali causa sis: memento daphnes: memento siringis: quarū altera phoebi: alteri uero panis amorē spernens crudeliter uitam finiure: tu autē tales fugiens: penelopem imitare: quæ amoris sui cōstantiam uiro seruans foelicissimos dies uixit: mihiq; adhæreas quem tibi senties in omnibus q̄libentissime paratum: quæ ad honorem & pudiciam tuā faceje uideantur: dum fuerit hæc mihi uita superstes Vale.

Lamentatoriū genus Caput septimū.



Lamentatorium genus est illud: quod sit pro alicuius mali nostri demonstratione: apud aliquē amicum apud quē lamētantes speramus recipere consolationem: & huius generis species sunt tres. una scilicet pro iniuria: altera pro re perditā: tertia uero pro exilio.

Lamentatoria.

Pro iniuria:

Pro exilio

pro re perditā:

Lamentatoria epistola pro iniuria suscepta: est illa: quæ ad aliquem amicum scribitur: apud quem lamentamur de contumelia nobis illata: ut ipse sit iudex: uel forte remediū inueniat: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si lamentatoriam epistolā pro iniuria suscepta ad aliquem amicum scribere uoluerimus: a quo remediū speramus: illā in tres partes diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus ab ea persona: ad quā scribimus: cōmemorantes amicitiam & beniuolentiam nostram ppter quā simus incitati rebus nostris tam prosperis q̄ aduersis ipsum facere certiorum: sperantes: quod secundum ueri amici officium ipse existimabit fortunam nostrā sibi esse cōmunem. In secunda uero beniuolentiā nobis cōstituemus a persona aduersarii: deducendo ipsum quantum possumus in odiū illius ad quem scribimus & narrando primo quanta & quot beneficia in ipsum intulerim? & tamen recitādo ipsius ingratitude erga nos simulq; explicando illā iniuriam: qua a tali inimico fuerimus affecti. In tertia autem aut petemus auxilium uel consilium super tali re: ab ea persona ad quam scribimus; aut ipsam constituemus iudicem super ingratitude inimici nostri: querendo ab ea responsionem consolatoriā: ut talem iniuriam a quo animo ferre possimus: simulq; offerem? illi omnē operam nostram q̄libentissime paratā.

Proposito.

Lamentetur apud Cæsare: quod a cicerone fuerit iniuria effectus.

1 pars

Exemplum.

Amor & beniuolentia singularis: qua in me afficeris caesar amantissime: hoc potissimum tempore: ad te ut scribam me impellit: pro aliqua consolatione captanda in his potissimū rebus: quibus aduersam mihi sentio esse fortunam: nam amici officium esse scio: ut tam in prosperis q̄ aduersis: semper cōmunē iudicet esse casum. Cum igitur diebus istis a cicerone graui fuerim contumelia affectus: statui rem omnē ad te scribere: ut per litteras tuas hūc dolorem aliquantulum leuare possis. Scis caesar charissime: quātum semper superioribus temporibus elaborauerim: ut huic nebuloni non solū honorem sed etiam utilitatem afferrem: cum præcipue me faciēte: ad præturā primū: deinde cū sūmo suorum oruamento: ad cōsulatū euectus tpe rit: Sed neq; bonorum istorum memor ingratus homo: nec boni uiri officium

. 19.

lectat? cū mihi esset causa forēsis i cōtrouersia corā senatu pploq; rhomāo ut iniquitatem suam omnibus aperire : nō solū mihi operā suam negauit : quā solet omnibus etiā ignotis impartiri : sed acriter in me inuectus est pro aduersario meo dicēs ita ut deducta re in persuasionē : a causa penitus deciderim. Hęc ego passus sum mi caesar : tanq; laborum meorū premia : quos pro ingratisimo uiro isto dieq; noctuq; suscepi . Sed q̄a ad huc inest animus : ab ista sententia iniqua & iniusta appellare : hęc ideo ad te scripsi : ut præter litterarū tuarū consolationē quā expecto : ipsum etiā Ciceronē moneas : ut si mihi operā suam præstare non intendit : quāuis id facere debitus sit : mihi tamen nolit esse impedimento : quod facile faciet si tibi id placere senserit : cui me totum trado & dedo . Vale .

¶ Lamentatoria . pro re perditā .

Lamentatoria epistola : p̄ re perditā : ē illa quæ ad aliquē amicū scribitur : apud quē lamentari uolumus uel de amissione substantiæ : uel de amissione alius cuius personæ quæ mortua sit : uel de perditione honoris aut dignitatis : cuius epistolæ talis est regula .

Regula :

Si lamentatoriā epistolam pro re amissā ad aliquē amicū scribere uoluerimus cui narrare intendimus uel amissionē substantiæ aut dignitatis nostræ ad hoc ut ab eo aliquod auxiliū recipiamus : uel perditionē alicuius personæ quæ fuerit extincta ut per litteras amici cōsolationē recipiamus : ipsam epistolam similiter i partes tres diuidemus . In quarū prima beniuolentiā captabimus ab ea persona : ad quā scribimus : declarātes : quod propter amorem & beniuolentiā eius in nos : uelimus ei narrare casū fortunæ nostræ ut possumus ab ea uel auxiliū : uel consolationē recipere . In secūda exponemus aduersitatē nostrā quæ nobis acciderit : deducendo quantū possumus rem ipsam i cōmiserationē . In tertia uero & ultima : petemus uel auxiliū : uel consolationē rebus nostris : dicentes nos multū sperare in ipso amico : & rogantes : quod talis spes non decipiat nos : simulq; offerentes eidē amico omnem operā nostrā libenter accōmodatā .

Propositio .

Lamentetur : Cicero apud Seruiū sulpitiū de morte tullia filia suæ .

Exemplum .

Vellem serui charissime : ut in tam acerbo ac graui casu : qui me diebus istis afflixit : tu etiā iter cæteros amicos mihi affuisses : sum enī certissimus : quod non solum æque doluisses : sed etiā in leuando dolore meo non modicum profuisses . Quod quia locorū ac temporum interuallo impediēte : effici non potuit : dabo tamen operā : ut saltē per litteras illud tibi significare possim : quod me diebus istis male hēt : in eo amore atq; beniuolētia nostra

confidēs: q̄ a teneris annis una cū atate creuit: quod fortē istam meā ut bo-
nū amicum decet tibi iudicabis esse cōmunem. Scis serui amantissime: in
hac rei publicæ nostræ oppressione: quot & quantis calamitatibus fueri-
mus affecti: ita ut per beatos illos existimare soliti sim⁹: qui sine aliquo ma-
gno malo: uitā cū morte cōmutauere. sed tamen in omnibus his miseriis:
unā tantū consolationē capiebā: quæ mihi relicta erat: filia. s. meæ dulcis-
simæ confabulationē: quæ facile omnes a me curas penitus amouebat: sed
nunc eo magis in lachrymis & luctu tabesco: quo crudelior in me fuit in-
uida mors: quæ tali me oblectatione priuauit: mortua est spes mea: conso-
latio mea: uita mea: ī qua omnes alios moerores facile deponēbā: nec scio
quā debeā in hoc miserādo casu cōsolationē recipere: nisi ad te confugiā:
qui omniū dolorum meorum leuamen existis. Hæc igitur ad te scribo: nō
tantū ut meū doleas: quod bonum amicū decet: sed ut per litteras studeas
hunc dolorem meū si non penitus tollere: aliquantulum saltem leuare: cū
præcipue hoc a te solū expectem: qui etiam ceteras calamitates meas tua so-
les prudentia remouere: cui ego me totū trado & dedo. Vale.

Lamentatoria pro exilio.

Lamentatoria epistola pro exilio est illa quæ ad aliquē amicū scribitur: apud
quem lamentari uolumus de exilio nostro: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si lamentatoriā epistolā pro exilio ad aliquē amicum scribere uoluerimus: a
quo speremus consequi aut auxiliū in restitutione nostra: aut consiliū: uel
consolationē: ipsam epistolam similiter in partes tres diuidemus. In qua
rū prima eodē modo beniuolentiam captabimus ab ea persona ad quam
scribimus: demonstrantes quod maxime confidamus in amore ac beniuo-
lencia sua: quod omnē istam fortunā existimabit sibi esse cōmunē. In se-
cunda uero primū demonstrabimus beneficia quæ intulerimus in patriā:
uel bonitatē nostram: sine arrogancia: ut intelligat amicus: non nostra cul-
pa uenisse in exilium, ostendemus deinde cuius culpa factū sit: ut tale exili-
um patiamur: deducendo rem omnē in aliquos aduersarios: quos in odiū
conabimur adducere demonstrantes eorum ingritudinē & iniquitatem
demū ostendemus: nos in iustitia & æquitate confidere: quod aliquando
etiā in patriam restituemur: fracta nequitia aduersariorū nostrorum. In
tertia autem & ultima: petemus illud auxilium: uel consilium: aut consola-
tionem: quam petere intendimus: cōmendantes nosmet ipsos ipsi amico:
ad quē scribimus: cui etiam nos & omnia bona nostra q̄libentissime offe-

Propositio.

Lamentetur Cicero apud Lentulū de exilio suo: quod propter odium Clo-
pars Exemplum. (remus. (dii patitur.



In omnibus calamitatibus meis semper solitus sum mihi Lentule ad amicos meos confugere: quorum uel opera uel consolatione subleuatus: possim aliquam tulum respirare. Quod cum te non amicum mihi solum existimem: sed etiam amicissimum: qui semper utraque fortunam meam tibi iudicasti esse communit: statui per has ad te litteras: quid mihi diebus istis euenerit: scribere: ut consilio & opere tua adiutus: & consolatione & remedium etiam in tantis malis inueniam. Scis Lentule charissime: quantum semper pro reipublica dignitate seruanda elaborauerim: ita ut non opes solum libenter exposuerim: sed & sanguinem ipsum: dum ei posse aliquid utilitatis afferre: nec minus ab ea sum adiutus: eleuatus conseruatus. Sed maliorum nequitia: que nullum potest bonum sustinere me a deo impetuit: ut quicquid in reipublica contulerim: illud totum unico die perdidim. Insurrexit in me Clodius: uir iniquissimus: qui licet multa a me quondam beneficia suscepit: ingratitude tamen cecus meritoque oblitus: & me penitus pessundaret plurima est signum machinatus: quem apud populum pro contione deducens: illisque deductis nefariis quibusdam testibus fide faciens me miserum atque innocentem ciuem ex patria pepulit: quod me tanto dolore affecit: ut penitus uitam mihi acerbam putem. Et profecto dolori succumbi cogerer: nisi haec una spes me solaret: quia spero quicquid futurum: ut infringat malorum iniquitas: & ego a tantis tandem malis emergere possim. Quod ut facilius & citius eueniat: peto a te consilium: auxiliium & opem: tu enim potes mihi huiusmodi opitulari: ut mihi nihil sit praeterea requirendum: cui ego omnia mea bona: domum: familiam: meque ipsum commendo: trado & dedo. Vale.



Consolatorium genus: Caput octauum.
 Consolatorium genus est illud quod fit pro alicuius mali solamine: quod cum ab amico per litteras uel per nuntium intellexerimus: cupimus ipsum consolari: & huius generis species sunt tres. Una scilicet pro iniuria. altera pro re perditam. tertia uero pro exilio.
 Consolatoria.

Pro iniuria.

Pro re perditam.

Pro exilio

Consolatoria epistola pro iniuria suscepta est illa: que ad aliquem amicum scribitur: quem consolari uolumus pro iniuria: quam ab aliquo passus sit: deducens ipsum in uindictam uel remedii spem: & huius epistolae talis est regula.

Regula.

Si consolatoria epistolam pro iniuria suscepta: ad aliquem amicum scribere uoluerim: quem consolari intendimus: pro ea iniuria que fuerit ab aliquo affecta. ipsam in partes tres diuidem. In quarum prima que solet a nobis epistolarum appellari declarabimus quantum nobis molestum fuerit intellexisse iniuriam illam. que iste amicus noster fuerit grauat et

simul declarabimus amorē & beniuolentiam: qua in illū afficiamur: propter quam simus coacti: ad omnē fortunā comunem existimandā. In secūda uero: quæ a nobis catastrophe dicitur demōstrabimus quod propter hoc non sit dolendum: cū præcipue ipse fuerit offensus ab homine nullius precii: & in hoc loco beniuolentiā captabimus a persona aduersarii: deducendo ipsū in odium: & demonstrando iniquitatem eius: & dicendo quod huiuscemodi uirorū iniuriæ non sint existimandæ: quia de facili potestea superantur: & simul demōstrabimus in hoc loco: quantū sit sperandum: quod fracta istius aduersarii nequitia: tandē ipse amicus: ad quē scribimus: sit pristinā dignitatem consecuturus. In tertia autē & ultima: conabimur ipsum amicū consolari: promittentes ei: operā nostram nunquā defuturam: dum ipse possit omnem dignitatē suam uendicare.

Propositio.

Consoletur appiū. Caesar: pro iniuria: quæ fuit ī senatu affectus a. Cicerone.

¶ pars

Exemplum.

Accepi tuas litteras appi charissime: quæ mihi profecto tantam molesticiam attulere: quātā requirebat amor singularis: & beniuolentia illa qua ab inuente ætate in te affectus sum: ex iis enim intellexi: quā nequiter fueris a cicerone impetitus: ita ut in causa tua forensi: quæ tibi erat cū aduersario coram senatu agenda: contra omnē iusticiam & æquitatē: uictoriam amiseris: quod cū primū sentirem: non poterā hoc mihi persuadere: quia semp intellexeram: te multa beneficia in ciceronē contulisse: ex quibus ipse tibi omniū iudicio debitus erat: unde non cadebat in alicuius opinionē: ut te offendere posset. Sed postq̄ eius iniquitatē ex tuis litteris percepi: non potui non summopere dolere: tua præsertim causa: cuius ego existimo omnē mihi fortunā esse comunē. Cū autem considero eius: qui te offendit malignitatem: quæ illi potius: q̄ tibi: tandē & dedecori & damno futura est: non mediocrem in hoc dolore capio consolationē: ille enim cum primū tanta in te cognitus fuerit usus ingratitude in omnium conspectu populorum erit fabula nota: tu autē pro tua æquitate & iusticia: quæ diu oppressa esse non potest: cū uictoria gloriosum triumphū acquires. Quē ut citius consequi possis: dabo primū operam: ut in tuū si potero fauorē illū deducam: sin minus fiet non tibi opibus: studio: fauore: mente deniq; unquā deero: ut possis optatum tuū q̄ foelicissime consequi: cui me etiā ipsum totum trado commendo: & dedo. Vale.

¶ Consolatoria: pro re perditā:

Consolatoria epistola: pro re perditā: est illa: quæ ad aliquē amicū scribitur: quem consolari uolumus: aut pro amissione substantiæ: aut pro amissione alcuus personæ: quæ mortua sit: uel pro perditioe dignitatis: cuius epi

Stola talis est regula.

Regula.

Si consolatoriam epistolam pro re perditam: ad aliquem amicum scribere uoluerimus: qui uel substantiam suam amiserit: uel aliquam personam perdidit: quae mortua sit: aut forte dignitatem suam propter malivolorum inuidiam amiserit illam similiter in tres partes diuidemus. In quarum prima: quae similiter epistola appellatur: declarabimus quantum dolorem perpeffi fuerimus: cum tale fortunam uel casum ipsius amici intellexerimus: quem nostrum proprium existimauimus: propter amorem & beniuolentiam: qua in ipsum afficimur: & in hoc loco conabimur ipsum dolorem augere quantum possumus. In secunda uero: quae similiter catastrophe est appellata: conuertemus omnem orationem nostram ad consolationem: ostendendo duas: tres: aut plures rationes: propter quas probemus non esse dolendum: & sic concludemus ipsum amicum debere omnem maestitiam relinquere: & consolationem ex hac re capere. In tertia autem & ultima: conabimur deducere amicum: ad quem scribimus in aliquam spem: quod scilicet omnia ista mala sint futura meliora: simulque illi offeremus omnem operam nostram copiosissime paratam: dum possimus ei esse consolationi & utilitati.

Propositio.

Consoletur. Seruius Sulpitius. Ciceronem: qui in luctu constitutus est: propter obitum tulliae filiae suae.

Exemplum:

pars I

In gemui protinus. M. tullii: & dolore affectus lachrymas continere nequii: cum primum ex litteris tuis tristem de obitu filiae tuae nuncum accepi: cogit enim me amicitia nostra: mutuaque beniuolentia: quae a tenellis annis cum aetate crescens: iam me edocuit amicosque casus communes existimare. Iam enim cogitatione concipere mihi uideor: cuiusmodi gladius paterna uiscere torqueat: quibus cogitationibus immaturae amissae filiae desiderium cor laceret atque uexet: unde efficiatur: ut nihil tibi reliquum sit: nisi ut lachrymis & luctu tabescas. Sed quia non semper morerendum est ac dolore succubendum pinde atque nulla relicta sit ratio: quae molestiam ac morerem istam leuare possit: non sum alienum arbitratus: si quid ad te scribere tentem: quando coram loquendi non datur copia: ut te in tam acerbo luctu uersantem: & praedolorae minus uiam rectum prospicientem: & exhortari aliquantulum queam: & eo unde aberratum est: reducam. Quid quaeso est: quod tantopere doleas: & morerore afficiaris: filia tua mortua est: quia mortalis erat: ea lege in initio procreata & genita: natura namque nata: natura quoque extincta est: non ergo mirum tibi uideri debet: si quod semel natum effloruit: rursum id ipsum defloruerit & iterum mortuum sit. Dolorem itaque tuum mitiga: & bonis rationibus innixus aliena: ostende te uirum: explica prudentiam tuam uirtute nunc opus est. Sic intelligat

ii: qui te nō uiderunt: te talē esse: quē nos: qui te nouimus p̄dicamus. Vidi-
mus enī aliqñ secundā te pulcherrime tulisse fortunā: fac quoq; itelligam⁹:
aduersam te quoq; æque ferre posse: ne ex oib⁹ uirtutib⁹ hæc una tibi deesse
3 deatur. Hæc ad te scripsi marce tullii: nō quod iis te egere existimarē: noui
enī modestiā & prudentiā tuā: sed feci cū officii mei gratia: tū uero ut quā
ti te faciā: facile intelligere posses: cui etiā omnē operā meā offero: in oib⁹
uotis tuis q̄libentissime paratā: dū tibi & tuis prodesse possim. Vale.

¶ Consolatoria pro exilio.

Cōsolatoria eplā p̄ exilio: ē illa: quæ ad aliquē amicū scribit⁹: quē cōsolari uo-
lum⁹: pro exilio suo: i quo cōstitutus sit: propter inimicorū maliuolētiā: cu-
ius eplā talis est regula. **Regula.**

Si consolatoriā eplā pro exilio: ad aliquē amicū scribere uoluerim⁹: quē cō-
solari intēdimus pro exilio suo: i quo cōstitutus sit p̄pter iniquitatē & o-
diū inimicorū suorū: illā similiter in tres ptes diuidemus. In quæ prima:
quæ similiter epitasis appellatur: declarabim⁹: quātū dolorē receperimus
cū primū intellexerim⁹ talē fortunā ip̄suis amici: ad quē scribimus: quā sifr
dicemus existimare nobis esse comunē: propter amorē & beniuolentiā: q̄
in ipsū amicū sumus affecti. In secunda uero captabimus primū beniuo-
lentiā ab ea persona: ad quā scribimus: laudātes ipsā ab oī probitate & uir-
tute: deinde captabim⁹ beniuolētiā a p̄sona aduersariorū: deducēdo ip̄os
in odiū & declarando q̄liter iste amicus noster nō p̄pter suā culpā: sed tan-
tū propter inimicorū iuidiā sit a sua patria depulsus. In tertia aut ipsū a-
micum deducemus in sp̄e: quod sit aliqñ in patriā restituendus: & ad hoc
pollicebimur ei: operā nostrā minime defuturā: sed cū omnibus uirib⁹ no-
stris elaboraturos: ut possimus ei prodesse & utilitatē afferre.

Propositio.

Cōsoletur. Ciceronē lētulus pro exilio suo: quod p̄pter. Clodii odiū & ma-
1 pars **Exemplum.** (liuolentiā patit⁹.

Nō posse tibi p̄ litteras exponere cicero: quantū doloris: quantūq; masticiæ
susceperī: cū primū ex tuis litteris intellexi: te p̄pter odiū & maliuolētiā ini-
quissimi clodii ex dulcissima patria pulsū fuisse: nō enī solū itestino cruci-
or dolore ex hoc acerbissimo casu tuo: s; uix me a lachrymis cōtineo: quo-
tiens in eā cogitationē uenio: ut te illa potissimū patria extorrē sentiā: p̄ q̄
etiā propriū sanguinē sapissime exponere nō dubitasti: qđ me is amor fa-
2 cere cogit: quo i te maxie affect⁹ sū. Et p̄fecto uix posse mœrorē istū seda-
re: nisi pri⁹ innocentiam tuā excogitarē: q̄ oibus semp̄ hūanus: oibus beni-
gn⁹: nullū ūq; laborē recusasti: quē tā ad publicā q̄ priuatā utilitatē specta-
re sentires: sed potius p̄ uirili tua semp̄ insudās: ut oibus p̄desse: nihil unq;̄
nō laudabile pegisti. Et tñ maliuoli nebulonis inidia: ad hęc calamitatē so

lum deuenieris: & nō tua culpa: q̄ cū inter oēs scelestos uiros scelestissimus existitur: quāuis hoc nūc in te factiose cōsecutus fuerit: nō tñ diu scelus suum poterit tueri. **E**uigilia igit̄ aliquātulū ab isto tuo mœrore: & sp̄a: hęc aliqñ fore meliora: quæ futura esse breui quidē t̄pis spacio cognosces: ut ī fracto īpetu leuissimi hoīs: tuā pristinā dignitatē conseq̄ris: qđ ut facilius obtineas. **E**go tibi oēm operā meā: studiū: fauorē: mentē deniq; oēm polliceor: ut qđ tibi honori & usui esse cognoscā: pro te exeq; contendā. Vale.



Expositiuum genus Caput nonum.
Expositiuū genus est illud: qđ fit: quotiēscūq; ad aliquē amicū nostrū scribētes; aliqd exponere uolumus: qđ ipsū lateat: & huius generis species sunt tres: una scilicet testimonii: altera historia: tertia uero noticia.

Expositiua

Testimonii

Historiæ

Noticiæ

Expositiua ep̄la testimonii est illa: q̄ ad aliquē amicū scribit̄: apud quē: uel in loco publico: uel priuato: uolumus super aliquo negotio testimoniuū exponere: cui⁹ ep̄la tal̄ ē regula.

Regula

Si expositiuā ep̄lam testimonii ad aliquē amicū scribere uoluerim⁹: aut p̄ testimonio publico: aut priuato: sup̄ aliq̄ cā reddēdo: illā in ptes tres potissimū diuidem⁹. **I**n q̄re priā beniuolentiā captabim⁹ a p̄sona nostra: declarātes: qđ tam̄ pp̄ fauorē iusticiæ & æq̄tatis: quā nolum⁹ aliquo pacto opprimi: p̄pter ignoratiā ueritatis. q̄ etiā p̄pter amorē & beniuolentiā q̄ afficimur ī ipsū amicū: ad quē scribim⁹: aut p̄ quo scribimus: uolumus declarare uerū testimoniuū sup̄ ea re: sup̄ qua fuerimus req̄siti. **I**n secūda uero breuiter: dilucide: & accōmodate: explicabim⁹ ipsū testimoniuū nostrū: nihil aberrando: si possum⁹ a ueritate: & tñ in ipsa ueritate dicenda ubi erū t̄ loca magis faciētia ad fauorē amici nostri: tūc ī illis maxime p̄sistem⁹ & plus q̄ ī aliis. ad hoc ut amico p̄desse possim⁹. **I**n tertia autē & ultima dicem⁹ ea uera esse quæ scripserim⁹. siml̄ q; ī hoc loco offerem⁹ oēm operā nostrā: uel p̄sonæ publicæ. uel priuatæ q̄ hoc a nobis testimoniuū petiuerit. dūmodo possumus ipsi rem gratam & utilem facere.

Propositio

Exponat. Cicero testimoniuū apđ. Cēsores cōtra. Clodiū: qđ die uiolatorū sacrorum in urbe fuerit.

Exemplum.

Req̄situs a uobis iudices. quod sup̄ ea cōtrouersia sentiā. q̄ inter dignissimū matronarū ordinem. & **A**ppium: Clodiū uersat̄. de uiolatis bonæ deæ sacris. an. ne ipse eo die in ciuitate fuerit. quo sacra dicuntur esse uiolata. an

potius abfuerit: licet hæc mea semp conditio fuerit: ut neminẽ unq̃ offen-
dere uoluerim: ne tamen æquitas ipsa atq̃ iusticia. quã semper amant: & p̃
qua etiã emori possum: ueritatis absconsiõne lædatur: omnia: uobis uerissi-
ma fatebor: quæ ad huiuscemodi causæ dilucidationẽ attinere uideb̃t. Pe-
titis a me iudices: uobis significẽ: fuerit ne nudius tertius i urbe Clodi^o quo
potissimũ die bonæ deæ sacra uiolata eẽ serunt: ego ut uerũ fatear. Clodiũ
uidi mane totũ apud duũuiros agere: demũ ab octaua hora apud pompe-
um coenasse. Postea uero per totũ quasi diẽ circa Cæsaris ædes uagantem
inspexi: postremo ad horã noctis tertiã: cursu rapido se domũ cõferrentẽ
qua uero ex causa: illud non ausim affirmare. Hæc sunt quæ a me scire cu-
piebatis: & quæ ego uobis ueraci sermone protulerim: nam potius uellem
mortẽ oppetere: q̃ ueritatẽ iusticiãq̃ lædere. si quid p̃terea eẽ: quod me uo-
bis cognoscetis gratissimũ futurũ: iubete: ecce me ad omnia uota uestra q̃
libentissime paratũ. **Valete.**

Expõsitua historia.

Expõsitua epistola historiae est illa: que ad aliquẽ amicũ scribitur: pro admo-
nitione alicuius rei gestæ: de qua uolumus ipsum certiorẽ reddere: cui^o epi-
stolæ talis est regula.

i pars

Regula.

Si expõsitua epistolã historiae ad aliquẽ amicũ scribere uoluerim^o: quẽ uolu-
mus certiorẽ reddere de aliqua re gesta: & noua: illã similiter in tres partes
diuidem^o. In quarũ prima beniuolentiã captabimus a p̃sona nostrã: de-
clarãtes: quantũ sim^o inclinati ad scribendũ ipsi amico de rebus nouis: quæ
uel in rep. uel priuata accidunt: cũ maxime intelligamus ipsum esse percupi-
dum harũ rerum intelligendarũ: & precipue cum hoc sit boni ciuis officii
una: ut uelit sapius admoneri de rebus illis: quæ in rep. uel in ciuitate acci-
dũt. In secũda uero breuiter dilucideq̃ narrabimus rem ipsam: de qua uo-
lumus ipsum amicum reddere certiorẽ: aut res illa sit publica de pace: uel
bello: aut de rebus i senatu gestis: aut sit priuata de negotiis ad alterum no-
strũ p̃tinẽtib^o: uel de salute & euentu rerũ nostrarũ: prout nobis uidebit^o
esse scribendũ circa nouitatẽ & uicissitudinẽ rerũ ac tẽporũ. In tertia autẽ
dicem^o: hæc fuisse q̃ ad ipsum amicũ: scribẽda esse uidebãtur: & in hoc loco
offerimus eidẽ amico nõ prætermittere laborẽ aliquẽ in scribẽdo: de reliqs
rebus quæ post hac eueniẽt dũmodo possemus ipsi rem gratam facere Cui
etiam offeremus operam nostrã in omnibus accomodatã

Propositio.

Exponat autonius bruto: bellũ indictũ p̃this: cui p̃fect^o sit designat^o. Cicero

i pars

Exemplum.

Scio Brute charissime: quod cupidus sis res istas intelligendi: quae hac in rep. no-
stra geruntur: cuius cum optimū membrū te esse cognoscas: non potes ab
ipsa diu abesse: quod si fortasse etiam tibi abesse contingat: non potest cor-
tuū aliquo pacto cōquiescere: nisi per amicorū tuorū litteras crebro certi-
or fias de eius statu: quod cū ego sic esset intelligam: ut tibi gratificare: cui in
precipua quadam dilectione coniunctus sum: deliberaui id ad te scribere:
quod potissimū diebus istis euenit. Dum enim ī senatu pulcherrime stare
mus: reddita sunt ex antiochia litterae: quibus significabatur: parthos: ī a-
grum cilicum incursionem fecisse: omniaq; indies penitus deuastare: quod
cū intellexi sset: senatus subito decreuit: ut singuli sentētias rogarent: esset
ne bellū parthis iducendū: an potius cū eis pacem ineundam: quia nō sit e-
magno reip. dispendio uidebatur illis posse obsisti: super qua re cū multae
uariaeque essent patrū sententiae: tandem deliberatum est: ut parthis bellū indi-
ceretur: eiq; rei quia nemo uidebatur: nec sapiētia grauior: nec fide maior:
qui tantā posset prouintiā sustinere. Marcus cicero prefectus est. Iamq; ei
exercitus: arma cōmeatus decretus: unde expectamus: infra paucos dies:
eupatorem ipsum ex urbe ad expeditionem suam profecturum. Tu inte-
rim deos exora: ut hic faueant inceptis: quo resp. uostra non solum seruetur
sed etiam mirifice augeatur. Haec sunt quae diebus istis hoc in senatu gesta
sunt de quibus te putauī certiozem faciendū: siquid prater ea acciderit: quod
sit notatiōe dignum: faciam te de omnibus sapissime certiozem: cui etiam
omne operā meā offero: in omnibus tuis optatis q̄ libentissime paratam

Expositiua notitiā. (Vale.

Expositiua epistola notitiā est illa: quae ad aliquem amicum scribitur: quem
certiozem reddere uolumus de conditione alicuius personae: quā ipse scire
desiderat: cuius epistolae talis est regula.

Regula.

Si expositiuam epistolā notitiā ad aliquē amicū scribere uoluerim: cui cupi-
mus declarare cōditionē alicuius personae: quā ipse scire desiderat illā similiter
in tres ptes diuidem. In quaz p̄ma beniuolentiā captabim ab ea p̄sona: ad
quā scribim: declarātes quod ex quo ex litteris ei intellexerim: ip. um scire
desiderare cōditionē talis uiri fuerim ualde diligētes in ea p̄quirenda: &
quod tandē intellexerim omnia quaecūq; circa negotiū istud erāt intelligēda
In secūda uero breuiter & dilucide declarabim ea: quae scribere intēdim ap-
ientes particulariter oēm cōditionē illi uiri uel etiā illi rei: cui ipse amicus
ad quē scribim notitiā habere uoluerit. Quod si forte de nobis ipsis alicui
notitiā dare uoluerim: p̄termisā p̄ma parte: capiem beniuolentiā a nobis
ipsis nos excusādo: si aliqd de nob dixerim: quod tñ dicem facere nō ex arro-
gātia: sed solū: ut p̄sonā ignotā illi apiam: quae eā scire desiderat: & tūc quāto
modesti poterimus: conditionē nostrā narrabimus: ut ab aīco noscamur

In tertia autē dicemus: hęc fuisse: quæ de tali uiro uel tali re intelligere potuerimus: & quod si alia pro ipso amico facere possumus: parati sumus ad omnia eius optata: cui etiā offeremus operam nostrā: in omnibus libentissime paratam.

Propositio.

Exponat. Cicero. Casari cōditionē apollonii rhodi: oratoris: cuius ipse noticiā habere cupit.

1 pars

Exemplum.

Nihil est tam arduū tamq̃ difficile mi casar quin illud libentissima fronte subirem: ut tibi rem gratā facerem: quia sic me cogit amor singularis & eximius: quo in te affectus sum: sicq̃ me cogunt maxima præclarissimaq̃ beneficia tua: quibus & antea semper me cumulasti: & indies cumulare non desinis. **Petis a me ut omni diligentia exploratā: apollonii rhodii cōditionē ad te scribā:** feci id sedulo: teq̃ de his: quæ scire cupis: certiorē reddo. Est enim is apollonius: quē tu scire desideras: uir omniū iudicio singularis: q̃ non tantū in oratoria facultate: quā ipse manifestissime profitetur: sed etiā in philosophia non mediocre sibi nomen comparauit: ex rhodo nanq̃ cū proximis diebus istis in hoc atheniense gymnasiū commigrauerit: quia neminē reperit: qui rhetorica instituta diligenter enodaret: a philosophia ad istā pedestrē orationem se conuertit: in qua tantā profecto studentibus utilitatē adiecit: ut uidere facile uidear: iterū palladem: ex cerebro iouis natam: in hanc urbem descendisse. **Plura de hoc homie ad te scribere possē:** sed ex aliis etiā plura intelligere poteris: hoc unū addo: quod si talem oratorem in urbē euocaueris: non priuatæ solū: sed publicæ etiā utilitatī nō parū confules. **Si quid est præterea quod me tibi obsequi cupis: iubeas: ecce me ad omnia penitus uota tua libentissime paratum. Vale:**

Gratulatoriū genus. Caput decimū.



Gratulatoriū genus ē illud: quod fit: quotienscunq̃ ad aliquē amicum nostrū scribentes: uolumus illi gratulari: pro aliquo suo bono consecuto: & huius generis species sunt duæ: una pro fortuna: altera uero pro salute.

Gratulatoria

Pro fortuna

Pro salute

Gratulatoria epistola pro fortuna: est illa: quæ ad aliquē amicū scribitur: cui uolumus gratulari: pro aliqua dignitate uel prosperitate consecuta: cuius epistola talis est regula.

Regula.

Si gratulatoriā epistolā pro fortuna ad aliquem amicū scribere uoluerimus: uolumus congratulari: uel pro aliqua dignitate consecuta: uel pro ali-

quo gaudio seu laticia: quā ipse prospera fortuna fuerit affecutus: illā in tres
partes **Q**uidem. In quarū prima beniuolentiā captabimus ab ea perso-
na: ad quā scribimus: ipsā summopere laudantes: & ostendentes: quod me-
ritis & uirtute sua fuerit consecuta talē dignitatē: uel prosperitatē. In se-
cunda uero demonstrabimus quantū hoc nobis fuerit gratū: beniuolentiā
captantes a persona nostra: & declarantes: propter amorē & beniuolen-
tiam: qua in talē personam afficimur: nos fortunā istam propriā existima-
re. In tertia autē deū rogabimus: ut hac dignitas siue foelicitas sit illi per-
petuā laudi ac utilitati futura: simulq; in hoc loco offeremus illi omnem
operā nostram: quālibentissime accommodatam: dum modo possimus:
circa. hanc dignitatē suam: ei aliquid utilitatis afferre.

Propositio.

Congratuletur curioni. Cicero: pro tribunitia potestate: quā me rito conse-
cutus est.

Exemplum.

pars 1

Nescio: mihi potius: an tibi gratuler. Curio pro tribunitia ista potestate tua:
quam nuper uirtutibus tuis praclarissimisq; morum institutis compe-
rasti: tibi enim non mediocre uideo gloriā accessisse: cui tantum ho-
noris gradum: iuuenili presertim hac in aetate tua ascendere licuit: ut nō mi-
nus omnium de te opinionem superaueris q̄ aequaueris: nec id quidem
imerito: tantā namq; tibi apud omnes estimationē concitasti ut laus tua
non obscuro nec uario sermone: sed & clarissima: & una omnium uoce pre-
dicetur. *Mihi autem non parum decoris & ornamenti adiunxisti: cui tali
stemmate decoratum liceat amicum habere: qui & suo splendore hāc non
solū amiciciam illustrare possit: uerū ei maximo sit futurus emolumento*

Tibi igitur tuāq; uirtute gratulor: pro hac dignitate tua: tam optima q̄
benemerita: quam licet nunquam ambitiose quaesueris: utriusq; tamen
uirtutis tuā splendore semper promereri studuisti: mihi uero gaudeo cui
tantū laudis accesserit: nec id quidem iniuria: omnia enī sunt amicorū (ut
aiūt) comunia: quorū etiā animi adeo dicuntur esse coniuncti: ut unus idē
q; spiritus duo corpora regat: ac idē sit in duobus sensus eademq; uolun-
tas. **D**ii quoq; te faustū foelicēq; conseruent: quorū arbitrio omnia gu-
bernantur: ac ad meliora semper dignioraq; ut meritis es: te prouehant
ut & tibi & tuis gloriā imortalem acquiras. & reip. tandē bonus ac ho-
nestus ciuis euadas: quācum diu foelicissime gubernaueris: in eius tandē
sinu faustissime quiescas.

Gratulatoria pro salute.

Gratulatoria epistola pro salute: est illa: quae ad aliquē amicū scribitur: cui uo-

lumus gratulari: aut pro salute: post aegritudinē consecuta: aut quia ex aliquo loco saluus redierit: cuius epistolae talis est regula.

Regula.

Si gratulatoriam epistolā pro salute ad aliquē amicum scribere uoluerimus: illam similiter in partes tres diuidemus. In quarū prima beniuolentiā captabimus a persona nostra declarantes: quantū prius de amici aegritudine doluerimus: uel de eius salute dubii fuerimus: si a nobis fuerit separat^o. In secunda uero declarabimus: quanto gaudio affecti fuerimus: cū de eius salute: uel incolumi reuersione intellexerimus: & tunc ei de tali salute congratulabimur: deum rogantes: quod hanc prius incolumitatē suā diu seruet: deinde ipsū deinceps ab omni malo tueatur. In tertia autē offerem^o eidē amico omnē operam nostrā: ut in aliis fieri consueuit.

Propositio.

Congratuletur Eustathius andronico: pro salutis suae pristinae instauratione.

1 pars

Exemplum.

Quanto dolore affectus fuerim diebus istis: eustathi charissime: cum primū ex amicorū meorum litteris intellexissē: te in grauem quēpiam morbum incidisse: per litteras quidē tibi significare non possē: existimaui profecto hanc mihi aegritudinē tuam: esse cōmunē: pro eo amore ac beniuolentiā: quā in te summopere affectus sū. Sed quāto maior fuit exacta moesticia: tanto maior nunc laetitia successit: & intellexerim: te iam dei optimi bonitate iuuante: in pristinam salutē fuisse restitutum. Gratulor igit^r tibi prius: pro ista incolumitate tua instaurata: deumq; exoro: ut diu te saluū seruet atq; superstitem: ut nos omnes amici tui cupimus & peroptamus: qui tuo amore adeo deuincti sumus: ut nunq; possimus ab eo auelli. Nos quoq; scias: diuina fauente pietate: saluos omnes esse atq; incolumes: & omnibus uotis tuis quibentissime paratos: dum tibi possimus esse & honori & utilitati (quā maximā. Vale.



Exhortatiuum genus. Caput. undecimum.

Exhortatiuum genus est: illud: quod fit: quotienscunq; personam aliquam ad aliquid peragendum uolumus cohortari: & huius generis species sunt duae. Una scilicet ad leticiā: altera uero ad dolorem.

Exhortatoria

Ad dolorem

Ad leticiam

Exhortatiua epistola ad leticiā est illa: quae scribitur ad amicū: quē exhortari uolumus ad aliquid peragendū: quod illi in gaudium: honorē: & utilitatē futurum sit: cuius epistolae talis est regula.

Si exhortatiuam epistolam ad laticiam ad aliquem amicum scribere uoluerimus: quem cohortari uolumus. uel ad uirtutes capeffendas. uel ad gaudium pro aliqua re suscipiendum. siue ad aliquid aliud peragendum. quod in eius utilitatem redundet: illam in partes quinque diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus ab ipsa re: declarantes: quantum ipsi amico: ad quem scribimus: sit futura utilis res: ipsa: ad quam ipsum exhortari studemus. In secunda uero: beniuolentiam similiter capiamus a re ipsa: laudantes ipsam ab honestate & iustitia: & demonstrantes ipsam æquissimam esse: & quocumque probatissimo uiro dignam: ad hoc ut ipse amicus facilius incitetur ad id faciendum: ad quod ipsum cohortamur: si senserit aliquid inde sibi honoris profecturum.

In tertia autem demonstrabimus rem ipsam esse possibilem & facilem ad peragendum: quia naturaliter quanto res est facilior: tanto libentius a nobis suscipitur: cum natura nostra a labore procliuis sit ad libidinem & uoluptatem. In quarta uero ostendemus huiusce rei necessitatem: dicentes quod necessario amicum ipsum oporteat tale quid peragere: ne forte in aliquod damnum uel dedecus incideret. In ultima denique proponemus: quid uolumus ipsum amicum facere. dantes ei modum rem ipsam peragendi. & hæc propositio appellatur: quæ tamen inter ceteras partes est ponenda: ubi magis ad propositum facere uideatur.

Propositio.

Exhortetur Fabius papyrius prætextatus: ingenuum adolescentem: ad uirtutes capeffendas.

Exemplum.

pars I

Nihil unquam fuit papyri charissime: quam tam publicis quam priuatis rebus maiori unquam emolumento fuisse legamus: quam ea potissimum uirtus: quæ non solum priuatas domos: uerum & publica quoque imperia regere: gubernare: atque imprimis augere solita est: hinc & athenienses doctissimos uiros rem suam publicam merito inter ceteras præstantissimam reddidisse comperimus. **Nec** minus quidem clarissimorum uirorum prudentia: sapientissimoque consilio romanam scimus rem. conseruatam atque mirifice ampliatam. **Pretereo** eiusdem uirtutis splendorem: quo quisque potissimum ei familiaris non minimum quidem honestatus est: est enim tanta uirtutis gratia: tanta gloria & auctoritas: ut facile ex ignobili quemque nobilem: ex mortali immortalem reddere possit. **Ad** hanc igitur uirtutis laudem: pro singulari in te beniuolentia mea: his meis litteris te incitare disposui: non quod ad illam te tua sponte satis incitatum esse diffidam: sed ut amorem in te meum apud te testificatum relinquam. **Nec** profecto tibi ad uirtutem capeffendam difficilis aditus patet: hanc enim tibi facillime comparabis. si hoc statueris: quarum laudem gloriam adamaris: quibus artibus hæc lau-

des comparantur: in iis potissimum esse claborandum. Hæc uides quāto tibi hac maxime tempestate necessaria sint: cū cadenti reip. tali sit opus defen- fore: qui omni uirtute uallatus: eā in pristinum statū: ueterēq; libertatē merito sit uendicaturus. Vale.

Exhortatiua ad dolorem.

Exhortatiua epistola ad dolorē: est illa: quæ scribitur ad aliquem amicū: quē exhortari uolumus ad lachrymas & mœrorē: pro aliqua fortuna aduersa: uel publica: uel priuata: & huius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si exhortatiuam epistolā ad dolorem ad aliquem amicū scribere uoluerimus quem ad lachrymas uel luctum incitare uolumus: pro aliquo casu aduerso qui nobis uel amicis priuate acciderit: uel publice etiam euenerit: illam in partes quattuor diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus ab ipsa re: demonstrantes quantum sit iustum & honestum: aut pro amicorū aduersitatibus: aut pro publicis incommoditatibus dolere: cum præcipue huiuscemodi calamitates debeamus cōmunes existimare. In secunda uero narrabimus casum ipsum: propter quem uolumus ipsum amicum ad dolorem cōmouere. In tertia autem: cum uerbis accommodatis: exhortabimur ipsum ad dolorem. pro tali re suscipiendum. In quarta uero & ultima demonstrabimus. quantum sit necessarium: in huiuscemodi calamitatibus dolere. ut post dolorem succedat cogitatio & cura cōsulendi ipsi rebus afflictis promittentes etiam nos operam nostram: in omnibus fore paratam: dum modo possimus aliquid prodesse.

Propositio.

Exhortetur planctū. Cicero: ad dolorē capiendū pro reip. rhomane oppres-
pars Exemplum /sione.

Cum iure tam diuino q̄ humano eogente: post pientissimum ī deos obsequium: quicquid in nobis est: illud totum patriæ rei; publicæ debeatur: pro cuius non solum prosperitatibus lætari: incommoditatibusq; lugere debemus: sed pro qua etiam sanguinem effundere: si opus est: debiti sumus: nō sum ab officio boni ciuis alienū arbitratus: si expositis calamitatibus nostris: te ad nobiscum lachrymandū icitauero. Scias plance charissime pristinam illam dignitatē & auctoritatē nostram: qua mirifice hoc in senatu pollebamus: cæsaris nunc iniquitate penitus esse sublatam: qui monarchiam imperii consecutus: non solum patres ab urbe propulit: sed nec alii cui uiro bono liberum amplius nomen reliq̄t. Quis igitur est tam ferreus ciuis: qui se a lachrymis cōtinere possit. amissa nanq; dignitate nostra: qd reliquum nobis est: nisi ut in luctu & squalore iaceamus? flemus: ploram?

ululans tota die: teq̄ lachrymarū istarū etiā uolumus sociū habere. Ne
cesse enī est: ut gemitus augeatur: lachrymæ excrescāt. ploratus crebrior fiat
hæc enī fortassis animorū quædā irritamēta fuerit: q̄ diu iniuriā istā pati ne
quibunt: quod si quis ad hanc laudabilē prouinciā animum adiecerit: non
recuso laborem: sed potius ad omne capitis periculū subeundum: omnem
operam meam: uitam denique ipsam libentissime paratā uoueo. Vale

Dissuasium genus. Caput duodecimum.



Dissuasium genus est illud: quod fit quotienscūq; ad aliquē ami
cū scribimus: quem si uiderimus inclinātū: ad aliquid peragen
dum: ab eo uolumus deducere: & huius generis species similiter
sunt duæ: una scilicet a læticia: altera uero a dolore.

Dissuasua

A læticia

A dolore

Dissuasua epistola a læticia: est illa: quæ scribitur ad aliquē amicū: quæ si uide
rimus inclinātū ad aliquod reprehensibile gaudiū: ipsum ab eo conabimur
retrahere: & huius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si dissuasua epistolā a læticia ad aliquē amicū scribere uoluerimus: cui dissua
dere intendimus: ne in aliquā indebitā læticiā prorūpat: uel ad aliquid fa
ciendū properet: quod ipse sibi bonū futurū existimet: illā sifr i partes quin
q; diuidemus. In quarū prima ostendemus rei ipsius inutilitatē: si fecerit
eam: & omnibus mediis demōstrare conabimur ipsā omnino esse dāno
sam: In secunda uero aperiemus: rem ipsā esse penitus iniustam & inho
nestam: & minime uiro bono condecentem: ita ut per hæc media ipsum
amicum nostrum inducamus ad hoc: ut rem ipsam existimet nullo pacto
esse faciendam. In tertia autem proponemus: quo pacto sit ab ipso a
mico peragendum: ut a tali re facienda desistat: & simul rei ipsius mo
dum aperiemus: quo debeat in ipsa re procedere: In quarta uero demon
strabimus: quantum sit ipsi amico facile: a tali re facienda desistere: ita ut
per hanc facilitatem citius inducatur ad persuasionem. In quinta uero &
ultima declarabimus necessitatem ipsam: propter quam sit coact⁹ a tali læ
ticia desistere: simulq; ipsi amico offeremus omnem operam nostrā: si uo
luerit persuasionibus nostris morē gerere.

Propositio.

Dissuadeat Curioni Cicero: in læticiam prorumpere: quia Cæsar monarchi
am obtinuerit imperii.

1 pars

Exemplum.

Inueterata fuit: dignissimaque uniuscuiusque philosophatis opinio. Curio charissime: nihil uiro bono iutilius esse: nihil ue damno suis: quam de sua reipublica oppressione gaudere: pro cuius conseruatione. quanto quis maiore laude ac gloria consequitur: tanto maiori nota dignus efficitur: qui: in ea aliquid attentare studuerit. Adde praeterea: quod nihil unquam uiro digno inhonestius: nihil ue turpius existimari potest: quam in reipublica sua casibus latitiam praesferre: pro qua si quis etiam pulcherrimum sanguinem exposuerit: non modicam sibi gloriam & laudem comparabit. Cum igitur intelligam te pro caesaris uictoria: tantum gaudii suscepisse: ut uix te ab eius publica ostentatione continere possis: dolui certe: te in tantum dilapsam fuisse facinus: ut etiam in malis tuae patriae gaudere possis: proinde te hortor. ut ab ista latitia uana & turpi desistere uelis. Facile enim tibi est: omnem latitiam istam in lachrymas uertere: cum praecipue optimus semper cuius fueris existimatus: cuius officium est: illam pulcherrimam mortem ducere. quae pro patria suscipitur. Adde etiam quod in tantis totaque reipublicae perturbationibus: tibi necesse est: non solum ab hac animi hilaritate discedere: sed & perpetuas lachrymas periclitanti patriae condonare. uides enim quanta etiam tibi sint mala in hac publica calamitate patienda: nisi corde & animo. ingemiscens: cadentibus rebus mature consulueris. quod ut facias: te rogo: & ad id peragendum omnem tibi operam meam paratam deuoueo. Vale. ¶ Dissuasua a dolore.

Dissuasua epistola a dolore: est illa quae ad aliquem amicum scribitur: quem si uiderimus inclinatum ad aliquem reprehensibilem dolorem: uel minime laudabilem: ipsum ab eo deducere conabimur: & huius epistolae talis est regula.

Regula.

Si dissuasiuam epistolam a dolore ad aliquem amicum scribere uoluerimus: cui dissuadere intendimus: ne propter aliquam causam in moerorem deducatur: quem ipse forte inconsiderate suscipit: illam similiter in partes quinque diuidemus. In quarum prima declarabimus quantum sit inutile uel damnosum ipsi amico nostro: in tali casu dolere ostendere: cum praecipue hoc non sit uiri sapientis officium: ut in rebus aduersis dolere debeat. In secunda uero demonstrabimus: ipsi amico non esse honestum uel laudabilem: si propter ipsam rem doleat: & hic si uoluerimus: aliquam rationem adducemus: propter quam probemus turpe esse ipsi amico nostro: si in dolore diutius moretur. In tertia autem conabimur omnibus mediis: quibus nobis possibile fuerit: ipsum amicum a tali dolore deducere: & in gaudium potius & consolationem inducere. In quarta uero demonstrabimus: hoc facile esse: si uoluerit amicus ad latitiam se uertere: & ab ipso dolore discedere. In quinta uero & ultima ostendemus quan-

tum sit ipsi amico: ad quē scribimus: necessariū: ut a tali mœsticia pēnitus
discedat: adducendo aliquā rationē: quæ uideatur ad propositū facere: nā
epistola ista est quasi similis epistolæ consolatorie: de qua superius mentio
nē fecimus: & simul etiā in hoc loco: si nobis uidebitur: offerem⁹ ipsi ami/
co omnē operā nostrā: dū possumus ipsum a tali mœstitia uel dolore remo
uere & in aliquod gaudiū deducere.

Propositio.

Dissuadeat marco antonio brutus: in luctu tabescere: propter iulii casaris in
teritum.

Exemplum.

pars 1

Hoc est officiū optimi cuiusq; ciuis marce antoni charissime: ut nō solū rem
pu. suā & bonū cōmūe diligat: sed illud etiā pro uirili sua querere: & quæ
sitū mirifice conseruare conetur: pro quo tutando: etiā si opus fuerit: cōpli
bentissime sanguinē ipsum effundere cupiat: quod qui facere neglexerit: ul
acriter puniri debeat: & a senatu alienus censerī. Nō enī laudabile est: im
mo turpissimū & detestandū facinus: pro priuato bono: publicū & cō
mune spernere: ac spernendo destruere: imo & qui hoc facere præsumpse
rit: poenas luere decet: & nullū morte sua amicis luctū relinquere. Cū igi
tur propter casaris internitionē: uideā te in mœrore & luctu cōstitutum:
non possum non sūmopere mirari: cū præsertim te semper bonū probatis
simūq; ciuē cognouerim: qui non solū de repu. tua semper benemereri stu
diuisti: sed omnes in eā crudelissime delinquentes: tanto persecutus es odio
ut tanq̄ in matrem tuā leuiores fuissent. eae sic tibi inimicos existimaue
ris. recipe igitur priorē animū tuū in patriā: & pro nequissimi tyrāni nece
noli tantopere cōmoueri: qui nullā uiris bonis libertatem relinquens. pul
cherrimā repu. faciē in turpissimā conuerterat. Facile nanq; est tibi uiro
prudētissimo a dolore & luctu ad latitiā potius & consolationē animū
deducere: cum præcipue uideas: tali occupatore extincto: pristinam iam si
bi libertatem ipsam recuperasse. Cogita præterea: quātum tibi hoc præ
sertim tempore: necessarium sit: ut relicto mœrore serenissimā patriæ tuæ
faciem ostendas: quæ tuis subsidiis fulta: possit aliquando ex tantis calami
tatibus respirare: quod ut facilius facere possis: dabimus operam oēs nos
amici tui: ut in rebus omnibus nostra officia sint tibi cōlibentissime para
ta. Vale.

Inuectiuū genus. Caput. 13.



Inuectiuū genus est illud quod fit quotienscunq; personā
aliquam: uel amicam uel inimicam repræhendere uolum⁹:
pro aliquo crimine sceleris uel ignorantia: & huius gene
ris species sunt duæ. Vna scilicet criminis. altera uero con
tentionis.

Inuectiua.

Criminis

Contentionis

Inuectiua epistola criminis ē illa: quæ ad aliquã personã scribitur: aut amicam aut inimicã: quã pro aliquo scelere uel flagitio: siue remisse siue excandescēter uolumus accusare: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si inuectiuam epistolã criminis ad aliquam personã scribere uoluerimus. primo scire debemus: quod si persona ipsa ad quã scribimus est nobis amica: remissa inuentione utendũ erit. & prius uerbis asperis accusandũ: deinde in bona uerba desinendũ. Si uero inimica fuerit persona: tunc in tres potissimum partes ipsam epistolam diuidemus. In quarũ prima beniuolentiam captabimus a persona nostra: declarantes: quod ad talem inuentionẽ non uoluntarie: sed coacte simus impulsĩ: & quod sæpenumero a tali inimico laceßiti: ad ultimũ usq; perpeßi sumus: sed nunc amplius pati nõ possim⁹ cum precipue ipsius personæ uitia in alicuius dãnũ uerterẽtur: si nõ essent accusata & castigata. In secũda uero rem ipsam reprehendẽdã adducemus: simulq; rationes omnes: quæ ipsi inuentioni uidebuntur accomodatae. In tertia uero: si amica erit nobis persona: ad benignũ aliquẽ sermonẽ conuertemur: ipsam monentes ut a tali facinore desistat: quod si fecerit omnẽ ei operam nostrã offeremus: quãlibetissime paratã. si uero inimica erit persona: beniuolentiã iterũ a nostra persona constituemus: dicentes: nos amplius nolle in ipsum inimicũ inuehi: ne potius propter odium id fecisse uideamur: q̃ propter ueritatẽ: sed quod in aliud tempus cætera uolumus dicenda reseruare.

Propositio.

Inuebatur. Cicero in lucium catilinam: qui in patriam remp. coniurare parit
1 pars

Exemplum.

Nihil est luci catilina: quod me magis hac tempestate sollicitet: & intolerabili pene dolore conficiat: q̃ quod & multorũ sermonibus & litteris intellexi te scilicet in patriã tuã: pro cuius deberes libertate libenter uitã effundere: coniurationem parare quod profecto inter cætera uitia scelestaq; facinorã tanto detestabilius est: quanto bonum cõmune priuato melius nobiliusq; censetur. unde nisi me amor sũm⁹: quo in te afficio: mutuaq; beniuolentiã nostra impelleret: potius mihi tacendum: q̃ ad te scribendum existimare: uolui tamen hæc pauca ad te mittere: ut quid nam potissimum hac
2 i re seuserim apud te testatũ relinquerem. Quis furor? quæ insania? quæ ue potius dementia. te ad tantum scelus peragendum commouere potest?

Tu nepatriæ filius: uel eius membrum: scelestas audebis in matrem: uel potius corpus tuum manus inferre. lugentesq; pueros: lachrymantes matronas: luctuosos ciues: lugubrem senatum: destructam remp. deorumq; profanata poteris cernere templa? & quibus queso oculis ista conspicias? Sed regiam inquires dignitatem quero: dominatum concupisco. Et quæ per deum immortalem potest esse dignitas: tali merito nomine decoranda: quis dominatus honestus: qui reip. lachrymis: bonorumq; ciuium depopulatione paretur? Ille quidem iudicio meo est honor existimandus: illa merito dignitas appellanda: que in remp. collatis meritis acquiritur. Nihil est enim: quod maioris fructus gloriæq; esse possit: nec quicq; ex omnibus rebus humanis est preclarius atq; prestantius: qm de rep. benemereri. Tu autem reip. oppressione imortalem tibi laudem parare speras? falleris (michi crede) catilina: ac longe deciperis. Vide ne dum tibi immortalitatem queris uitam amittas: atq; exiguam hanc existimationem quam tibi olim concitasti: foedissimo nomine deturpes ac dehonestes. Repelle igitur a te iclementissimam uel potius nefariam mentem istam: ac reip. incumbas: quæ te q; tuosq; dignis ac preciosis quidem possit muneribus dignitatibusq; exornare ut omnibus gratus: omnibusq; iucundus existens: in dulcissimæ tandem patriæ sinu susceptus: diu faustas foelixq; uiuere possis quod si facere uolueris: ut spero & opto: omnem tibi operam meâ offero: in omnibus tuis optatis qm libentissime paratam. Vale.

CInuectiua contentionis.

Inuectiua epistola contentionis: est illa. quæ ad aliquam personam scribitur cuius ignorantiam reprehendere uolumus: super aliquo loco humano: super quo est nobis cum ea contentio: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si inuectiuam epistolam contentionis ad aliquam personam scribere uoluerimus: cum qua nobis sit controuersia: super aliquo loco studioso uel humano: & ipsius in ea re ignorantiam reprehendere uel accusare curauerimus: illam in partes tres similiter diuidemus. Et quamuis possimus ipsam epistolam dirigere ad eam personam. ad quam scribimus: melius tamen est quod ipsam mittamus ad aliquem tertiam. apud quem tanquam iudicem: res ista agatur. Sed ut cunq; sit: in prima parte epistolæ. ostendemus sicut in superiori factum est: quod non sit officium uel consuetudo nostra in tales cōtrouersias uenire: cum potius semper pacem & quietem amauerimus: & quod saepe numero prouocati: ad ultimū usq; finis perpeffi. Tamen dicemus: impresentiarū tantū esse aduersarii nostri insolentiam: quæ

præcipue tendit ad honorẽ nostrũ denigrandũ: quod nullo pacto ampli⁹
tacere possimus: sed potius omnino uelimus rem istã agere apud ipsam p/
sonam: ad quam scribimus: ut propter bonitatẽ & præstantiam suã uelit
super ea iudicium ferre. In secunda uero narrabimus breuiter & dilucide
rem ipsam: super qua est inter nos exorta controuersia: simulq; recitabim⁹
rationes nostras: ipsas confirmando: & per oppositũ rationes aduersarii
confutabimus. In tertia autẽ dicemus: multa etiam alia nobis dicenda es
se: quæ tamen dicere nolumus: ne uideamur: potius odio q̃ ueritate facien
te: eius ignorantia accusare: rogabimusq; amicum nostrum: ut super his re
bus imperitiam aduersarii nostri iudicet: simulq; illi cõmendabimus nos:
& ei offeremus omnem operam nostrã: in omnibus paratam.

Propositio.

Inuehatur in batillum gelius: qui impersonale uerbum dicit numeris & per/
sonis carere.

Exemplum.

pars I

Ni nil unq; a me magis alienum esse uolui: obseruandissime doctor: q̃ alienis
detractionibus delectari. quæ profecto iniquum semper & maliuolũ ho/
minis animũ præferũt: sed poti⁹ ab inimicis meis & æmulis sapissime la
cessit⁹: ad ultimũ ulq; perpestus sũ: ne iquinatissimis & ipudētissimis eorũ
maledictis respõdere conat⁹: aliquid in me simile esse ostenderẽ: quod me
ad respondendũ alliceret. Sed cũ diebus istis uarias in me batillus contu
melias coniectare non cesset: quæ nõ solũ ad litterariam controuersia. sed
ad honores quoq; mei offensionem pertinent: statui nõ amplius silere: sed
2 apud te iudicem peritissimũ: huiuscemodi cõtrouersiam agere. Clamitat
ignorantissimus iste nebulo: uerbũ impersonale numeris & personis care
re: cũ impersonale a personarũ carentia præcipue dicatur: nec sibi aliquo
pacto persuadere potest impersonali uerbo numeros & personas accidere
quod licet multis possem rationibus & auctoritatibus approbare: unã ta
men potissimũ adducam: quæ inter cæteras facilior existimatur. Certum
enim est uerbo personas & numeros accidere: accidentia autẽ non comu
nia sed propria sunt uniuscuiusq; partis orationis: ita quod omnibus spe
ciebus sub suo genere contentis conuenire debent: ut prisciano placuit: er
go numerus & persona etiã uerbo impersonali accident: uel impersonale
uerbũ non erit: sed cũ impersonale uerbi species sit: relinquetur ipsum etiã
numeros & personas habere. Nec obstat eius denominatio: quod scilicet
a personarũ carentia impersonale dicatur: nam sicut mutæ dicuntur litteræ
non qua omnino uoce careant: sed quod ad similitudinẽ cæterarũ literarũ
sint tanq; mutæ: cum uocem minimã habeant: ita & impersonale dicitur:
non quod sine personis sit sed quod ad similitudinẽ personalis: illas distin

Etas habentis: sit tanq̄ sine personis: cum eas confusas habeat. Plures qui- 3
dem & alias posse huiusce ignorantissimi hominis ineptias scribere: quas
dedita opera pretermittere statui: ne illas carpendo: odiose potius: q̄ ueri-
dice id facere uiderer. Tu igit̄ super his rebus sententiã feres: qui latinita-
tis nostræ lumen existis: & me tibi cõmendatum habebis: cui ego omnem
operam meã offero: in oĩbus uotis tuis cõlibentissime accõmodatã. Vale

Expurgatiuum genus. Caput decimumquartum.



Expurgatiuum genus est illud: quod fit: quotiẽscũq; aliquid
nobis obiectum expurgare uolumus: uel quũ: circa rem ali-
quam: quæ nobis posset opponi: excusationẽ nostrã expo-
nere conamur: & huius generis species similiter sunt duæ:
una scilicet criminis: altera uero. **Contentionis.**

Expurgatiua

Criminis

Contentionis

Expurgatiua epistola criminis est illa: quæ ad aliquã personã scribitur: amicã
uel inimicã: a qua fuerimus aut remisse aut excandescer pro aliquo scele-
re uel flagitio accusati: cuius quidem epistolæ talis est regula.

Regula.

- **Si expurgatiuam epistolã criminis** ad aliquã personam scribere uoluerimus:
primo scire debemus quod ista epistola dupliciter fieri potest: uno scilicet
modo remisse: & altero excandescer. **Remisse** scribitur hæc epistola:
quando apud amicũ nos uolumus excusare: pro aliquo crimine: cuius etiã
ipse nos remisse infimulauerit: & tũc hæc epistola potius excusatoria dici-
tur. **Excandescer** autẽ hæc epistola scribitur: quando aut apud inimicũ
nos defendere uolumus ab aliquo crimine obiecto: aut apud aliquã ter-
tiam personã: quod usitatius est. **Sed** quocunq; modo fiat ipsa epistola: eã
in tres potissimũ partes diuidere solemus. In quarũ prima: per aliquam
rationabilẽ causã: aut ueram: aut saltẽ uerisimilẽ nos excusamus ab eo cri-
mine: quod fuerit obiectũ: dicentes aut hoc nõ esse uerũ: quod ab ipsa per-
sona scribatur: aut per imprudentiã uel ignorantia & non maliciose id fe-
cisse: quod nobis uitio ascribitur. In secũda uero aut remisse aut excan-
descer: secundũ epistolæ missæ naturã: ipsã personã: ad quã scribimus:
uel tali uel alio uitio criminabimur: dicentes qđ boni uiri officũ est: ante
q̄ alios reprehẽdat: se ipsũ inspiciere: ne cæcus cæcũ illudat. In tertia autẽ
& ultima: si remissa fuerit epistola: promitemus amico nostro: in tale cri-
men amplius nõ esse lapsuros: simulq; cohortabimur eum: ne & ipse in ta-
lem culpam incidat: cuius eum accusauerimus quia eodem illũ crimine cõ-

demnabimus: cui etiam offeremus omnem operam nostram: in omnibus suis optatis merito paratam. Sed si excandescens fuerit epistola: cohortabimur personam illam: ad quam scribimus: ut deinceps a detractiōne desistat: quia si quæ uult: dicere perrexerit: quæ non uult: fortasse audiet. Vel si ad tertiam personam scribatur epistola: possumus similiter inimicum admonere: ut a maledicendo se abstineat: deinde excusabimus nos: si contra uiri boni officium inimico detraxerimus: dicētes: quod hoc ex iniquitate non fecerimus: sed potius ut suis maledictis finem aliquando imponeremus.

Propositio.

Expurget se. L. catilina a coniurationis crimine: cuius fuerat a. Cicerone infamulatus.

Exemplum.

I pars

Ea semper fuit conditio mea patres conscripti: ut maliuolos penitus homines: alienæq; famæ saeuissimos obtrectatores abhorrerem: nihilq; magis uiro bono detestabile existimarem: q̄ mordaci quodam liuore aliena carere ac lacerare: hacq; tandiu in sententia permāsi: quod a plerisq; sapenumero laceffitus: ad ultimum usq; perpeffus sum. Sed cum diebus istis ab inuidissimo huiuscemodi rabula: omniumq; bonorū inimicissimo: assiduus obtrectationibus prouocatus sim: dissimulaui quoad potui: ne si maledictis omnibus responderem: in idem procacitatis uitium inciderem: quod impudentissimus iste scurra non erubescit: cum tantum adhuc quottidianis me conuitiis suis lacerare non desistat: bona cum uestra uenia patres conscripti: in nocem tandem erumpere statui: atq; uno (ut aiunt) labore: duas erūnas soluere: & maledictis scilicet carnificis huius respondere: & eius uobis scelestissimam conditionē aperire: quo manifestius scire possitis: quantum sit eius callidissimis dictis fidei adhibendum. Exclamat bonorum omniū inuidissimus iste calumniator: catilinam bonum optimūq; ciuem in patriā coniurasse: quæ quondā non opibus solum: sed & sanguine proprio a suis semper progenitoribus seruata est. Exclamat inquilinus contra patriciū: rē scilicet publicam suā: suam inq; cuius ab urbe condita ad hæc usq; tempora membrū semper extitit: destruere conari: tanq̄ alter alteri inter se corporis artus rebelles essent. Huic ne sceleri patres conscripti credendum censetis? qui tanq̄ comperta foret hæc coniuratio: in coniurationē inuehitur: qua quæso coniectura? quibus signis? quo ue mouente id percipere potuit? nisi fortasse suorū conscientia scelerū: quod i se uidet delirus senex in aliis suspicetur: qui nullū unq; bonū ciuē amare potuit: sed omnibus semper infensus: die noctuq; insidias parare contendit:

quo se oibus uilissimus arpinas praefera possit. Videte quaso patres co
 scrip: quantu sit huic pessimo uiro fidei adhibendu: ut aliquatisp ad eius
 scelesti facinora me conuertam. Nuper enim cum albis pedibus hanc se in
 urbem contulisset: ac inani quadam eloquentia sua fretus: pauperrimo /
 rum in se animos conuertisset: suis adeo eos illecebris spoliauit: ut nihil i /
 psis amplius reliquum fecerit. Hinc ex inopia subito i maximas diuitias
 dolose excreuit hinc domus: hinc agri: possessiones serui: clientes: qua
 omnia tam cito sibi parare non potuisset: nisi insidiis: quibus abundat:
 pauperrimae plebis bona surripuisset. Ex hac igitur foedissima opulencia
 tanta superbia excreuit: ut patricio quoq; ordini infensus: non illi solum
 molestus esse: uerum etiam eum pro uiribus destruere conetur. Attin /
 gerem profecto reliqua nefanda huiusce nebulonis facinora: & pluri /
 ma quidem: nisi benignissimas aures uestras tali comemoratione offen /
 dere dubitarem: uidi enim grauius auditorum animos offendere: qui alie
 na flagitia aperte dixere: q; eos qui commiserunt: proinde ea dedita opera
 subdicebo: uestrum tamen est: res istas aequo animo cognoscere: ac ciuem ue
 strum ab huiusce rabulae insidiis liberare.

Expurgatiua contentionis.

Expurgatiua epistola contentionis est illa: qua ad aliquam personam scri /
 bitur: a qua reprehensi fuerimus super aliquo loco humano: super quo fue
 rit inter nos contentio: cuius epistola talis est regula.

Regula.

Si expurgatiuam epistolam contentionis ad aliquam personam scribere uo
 luerimus: a qua: fuerimus reprehensi super aliquo loco: super quo inter
 nos fuerit aliqua controuersia. Scire prius debemus: quod ut plurimu talis
 epistola scribitur ad aliquam tertiam personam: prout epistola superior:
 apud quam huiusmodi controuersia tractatur: sed nihilominus potest
 ad ipsam personam propriam dirigi: ad quam scribere intendimus. Sed
 ut cunq; sit: epistola ista similiter in tres potissimum partes diuidetur. In
 quarum prima faciemus prius exordium: declarantes qua causa simus in /
 citati ad respondendum illi: ad quem scribere uolumus: uel de quo loqui
 intendimus: & quod licet non sit nostra consuetudo altercari: & praeci /
 pue cum hominibus malis & ignorantibus: tamen ne tacendo uideamur
 consentire suis detractionibus: uoluerimus illi respondere. Et tunc addu /
 cemus rationes aduersarii nostri: quas ipse scripserit: & illas confutabi /
 mus: prout melius poterimus: In secunda uero parte: ex opposito demon
 strabimus aliquam ignorantiam aduersarii nostri: q oibus sit manifesta: & tñ cu
 oi moderatiõe conabimur i ipsu iuehi: ostēdentes eū penitus esse litterarū

omnium uel rerum expertem. In ultima autem dicemus: quod licet plura essent de tali homine dicenda: quæ ipsius ignorantiam apperuisissent: tamē uolumus ea omnia recitare: ne uideamur potius propter odiū: quā propter rei ueritatē: in ipsum inuehi: simulque dicemus nos uoluisse hunc amicū nostrū tanquā rerum istarum iudicē constituere: ut ipse intelligat: qua causa fuerimus ad scribendum incitati: cui etiam offeremus omnem operā nostrā in omnibus eius amici uotis quā libentissime paratā & penitus accomodatā.

Propositio.

Expurget se batillus ab ignorantia: cuius fuerat accusatus a gelio.

1 pars

Exemplum.

Accusatus a gelio sapenúmero ignorantiaē doctor excellentissime: nō solum super quibusdam humanis locis: in quibus iam per multos dies inuicē disceptauimus: sed fere super omnibus quæ doctum uirum intelligere decet. licet ingratis in hanc (ut ita dixerim) sanguinariā palestrā descendā: nō possūtū differre: quin respondeā: ne secundū publii mimographi sententiā: ueteres ferendo iniurias: nouas inuitem: & profecto nihil mihi gratius est quā coram excellentia tua huiuscemodi controuersiam agitari: quæ & totius humanitatis & utriusque uirtutis lauream consecuta est. Accusat me simplicissimus iste nebulo quod uerbū impersonale dixerim numeris & personis deficere: tanquā rem falsam: & ab omni penitus ueritate semotam: nititurque hoc prisciani auctoritate probare: dicentes ideo personas & numeros impersonali accidere: quia accidentia generalia debent esse omnibus suis speciebus. Cui licet respondere non deberem: tanquā ignaro: & rudissimo uiro: tamen uolo ipsum liberalitatis meæ participem fieri: ei que declarare: quod hactenus percipere non potuit. Accidentia duobus modis accipiuntur: scilicet proprie & cōmuniter: si propria dicimus esse accidentia uerbi: tunc uerum est quod omnibus suis speciebus conuenire debent: & hoc modo uerbum impersonale numeros & personas habebit. Si uero cōmuniatur tunc uerbum impersonale: ut a personali distinguatur: numeris (ut ego existimo) & personis carebit. Hoc uolui ipsi condonasse munus. Sed in reliquis cum tali uiro silentium potius: quā orationem mihi statuo laudabiliorē: non enim mihi esset honor cum tali uiro diutius contendere: qui etiā prima grāmaticæ rudimenta ignorat: qui que nihil unquā de se boni præstitit: nisi plagiario quodam furta multa etiam enormiter elaborata: quæ omnia si narrare uellem: uiderer potius ex maliuolentia quā rei ueritate: in ipsū inuehi. Dimittam igitur quod dicendum erat: in aliud tempus aperiendum si me lædere perseverabit: tua tamen præstantia bene cognita utriusque sententiā sapientissimū: ut eius moris est: iudiciū feret: cui me in omnibus uotis suis offero paratissimū. Vale

De Domesticum genus. Caput. 15.



Domesticum genus est illud quod fit cōmuniter: quando de rebus nostris domesticis ac familiaribus: aliquē amicū ad / monere intendimus: & huius generis species sūt duæ. Vna scilicet de proprio statu. altera uero de negociis.

Domestica.

De proprio statu

De negociis

Domestica epistola de proprio statu est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: quam de salute aut aegritudine nostra uel aliena admonere uolumus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si domesticā epistolam de proprio statu ad aliquam personā scribere uoluerimus: quam admonere intendimus de nostra uel aliena salute aut aegritudine. Illā i tres partes diuidere debemus. In quarū prima secundū consuetudinē **Ciceronis**: solemus istā uel ei similem clausulā apponere. **Si uales: bene est: ego quidē ualeo.** In secunda uero recitamus dilucide ac breuiter: uel salutem nostrā: uel salutis reparationē: si aegroti fuerimus: uel forte etiā aegritudinem alicuius amici uel cognati nostri: & quo pacto se in principio aegritudinis habuerit: & tandē quibus mediis sit liberatus: semper i omnibus his deo gratias agentes: qui sic fieri uoluerit. Vel etiam si calus acciderit: scribemus de conditione nostra: uel in paratis opibus uel in dignitate quesita: ita ut uideamur: de his rebus amicū admonere: qui uel letari: uel dolere debeat de utraq; fortuna nostra. In tertia autem & ultima solem⁹ apponere huiuscemodi clausulas. **Vale. & me ames: ut solitus es: uel & me non diligas: sed ames: quia ita me dii ament: ego non solū te diligo: sed obseruo.** Possimus etiā si uolumus: ante tales clausulas addere opere nostræ in omnibus oblationem: quē admodū in omniū ferme epistolarū fine ser-

Propositio. (uatur.

Admoneat Curius Scipionem: de salute sua: quam post grauem aegritudinem reparauit.

Exemplum. pars 1

Si uales: bene est: ego equidem bonitate dei optimi in hunc usq; diem satis ualeo: & conualescere incipio. **Mirat⁹ es fortasse Scipio: quod cum semper antea creberrimas ad te litteras dare solitus essem: nullus tamen iam multis diebus dederim: & forte negligentiam in me ueritus: me negligentia criminis insimulasti: quod ut tibi huiusce rei causam aperiā. non negligentia factum esse scias: sed aegritudine potius & morbo impediēte: qui cum me** 2

diebus exactis: exasperata cuiusdā febris paroxismo: occupasset in tantā debilitatē corporis deduxit: ut uix mihi spiritus ipse superesset ad uitā: unde desperatis rebus cū iā animā deo: miserrimaq; corporis mēbra medicis cōmendassem: expectabā pauperrimus homo ultimā horam: qua mihi ex hoc mundo migrandū esset. Sed uolente deo: cuius benignitate cuncta re/guntur. non sine tamen magna difficultate. & numerosa pecunia. sū in pri/stinā salutem restitutus. debileq; quondā corpus respirare coepit: speroq; in dies melius conualescere. Hac igitur aegritudine impediēte: non potui of/ficio in te meo satisfacere. quod tamen nunc restituta salute exequi uolui. Te igitur nūc admoneo. me satis saluū esse atq; incolumē. in diesq; melius habiturū. nec non percupidū esse de statu tuo omniūq; tuorū aliquid p̄cipi endi. quos omnes fauste foelicitēq; ualere semper exopto. quibus etiā me offero in omnibus paratū. Vale. & me ut facis ama ualitudinēq; tuā cu/ra diligenter.

C Domestica de negotiis.

Domestica epistola de negotiis ē illa. quā ad aliquā personam scribitur. quā familiariter de negotiis nostris admonere uolumus: cuius epistolae talis est pars.

Regula.

(regula.

Si domesticā epistolā de negociis ad aliquā personā scribere uoluerimus: quā admonere cupimus: de successiōe alicuius familiaris negocii: quod ad nos uel ad ipsam pertineat: illā similiter in partes tres diuidemus. In quarum prima clausulā aliquā superiori similē ponemus: quia istae clausulae maxime sunt cōmunes ad huiuscemodi epistolas incipiendas. In secunda uero subito ad negociorū nostrorum narrationē accedemus: ea breuiter: dilucide: & aperte narrantes: nihil tamen praetermittentes: quod ad ipsam rem facere uideatur. In tertia autē conclusionem nostram faciemus: dicentes: quod uoluerim⁹ ipsum amicū de tali: negotio admonere: quia scim⁹ utranq; fortunā nostram illi esse cōmunem: propter amorem & beniuolentiam qua in nos afficitur. simulq; adiungemus cōmunes clausulas finales: offerendo scilicet operam nostram: ipsi amico parata: & addendo similes clausulas priorib⁹: qualis est ista. Vale. & me toto corde perames. ego enim (ne mentiar) te mihi charissimū habeo.

Propositio.

Admoneat Luciliū Valerius: de familiaris negocii sui expeditione.

1 pars

Exemplum.

Si uales: bene est: ego quidem ualeo: & te quoq; ualere cupio. Scio me tibi hodie lucili charissime: tanto iucundiorē nunciū esse laturū: quanto maior est amor & beniuolentia in me tua: quae utranq; semper existimauit fortunā nobis esse cōmunē. Exagitata tandem: & per aduersarios meos uari

is calūniis in longum deducta causa mea: quæ diebus exactis me sæpissime male habebat: ac animū meū diuerse trahens: non minus timoris q̄ sollicitudinis afferebat: demū calendis martiis: sūmo eū omnīū applausu ciuīū: ab æquissimis iudicibus: ex sententia nostra fuit expedita: aduersariiq; nostri etiā maximo clamore cōuicioq; iactati ac penitus repulsi. Qua in re tam diis imortalibus q̄ etiā amicorū humanitati: qui mihi benignissimas tulere suppetias: perpetuā scio me gratiā debiturū. Ab omnib⁹ igitur quas quotidie molestias patiebar: liberatus: tranquillū quietūq; animū meū deinceps ad ea penitus studia nostra reducā: quibus secundæ res ornatur: aduersæ adiuuantur: referāq; me ad eū consuetudinis nostræ iucundissimum fructū capiendum: quo antea utriq; nostrum perfrui licebat: ut mihi uoluptatē & gaudiū: tibi uero non minus solatii adiungā: cui etiā omnē operā meā offero: in omnibus optatis tuis q̄libentissime paratā. Vale. & ualitudinē tuam cura diligenter: ac me mutuo: ut facis: diligas.

¶ Cōmune genus. Caput. 16.



Commune genus est illud quod fit: quotienscunq; ad amicū scribere uolumus: ut eū per litteras nostras uisitemus: etiam si nihil accidat: quod scribendi materiā præstet. & hoc gen⁹ similiter in duas species diuisū est: quarū una est de proprio statu: altera uero de negotiis.

Cōmunis

De proprio statu

De negociis

Cōmunis epistola de proprio statu est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: quæ licet nullū nobis argumentū scribendi datū sit: tamen per litteras uisitare uolumus: & pro ipsarum argumento: de nostra tantū salute: illā admoneamus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si cōmunē epistolā de proprio statu ad aliquam personā scribere uoluerim⁹ quā per litteras nostras uisitare intendimus: & tamen nullū est nobis scribendi argumentū relictū: illā in tres potissimū partes diuidemus. In quarū prima a persona nostra beniuolentiā captabim⁹: dicētes: quod licet nulla accidat nobis materia: ppter quā sim⁹ icitati ad scribendū ad ipm amicū tñ propter beniuolentiā & amorē: quo in ipsum afficimur: nō possumus desistere a scribēdo: tū ut ipse ex litteris nostris aliquā uoluptatem caput: tū ut ex eius respōsiōe: nos similiter iucunditatē percipiam⁹: cū p̄cipue nulla sit res quæ inagis absentes amicos p̄ntes faciat q̄ epistola. In secunda uero declarabimus ei salutem nostram similiter de eius salute aliquid scire cu

pientes: quā deum rogabimus perpetuā esse & foelicē seruari. In tertia autem rogabimus ipsū amicum: ad quē scribimus: ut uelit sapissimē nos litteris suis uisitare: ex quibus intelligamus de eius statu & salute: & ex tali intelligentia iucunditatē capiamus. Cui etiā ut in aliis epistolis fieri cōsuetū est offeremus omnem operā nostrā: in omnibus suis optatis quā libētissime ac commodatam.

Propositio.

Scribat ad ciceronē. Curio: illum de salute sua: ac omniū suorum certiore faciens.

1 pars

Exemplum.

Licet nullū mihi scribendi argumentū datum sit: suauissime cicero: quo potissimum diebus istis uti possim: ut ad te aliquid scribā: quia neque in publicis: neque in priuatis negotiis nostris nihil sane noui in hunc usque diem euenit. Est tamen tantus amor & beniuolentia: qua in te afficior: ut nullū unquā possim uel minimū nuncium præterire: quē ad te peruenturū putem: cui litteras meas ad te non tradā: ut iis perlectis talē inde iucunditatē capias: quam ego quoque precipio: quū tuas litteras uideo. Cū igitur noster phania sit propediem hanc in ciuitatē profecturus: ut quibusdā negotiis suis finē imponat: statui has ei ad te litteras dare: ex quibus intelliges: me dei bonitate & clementia: cū omnibus meis saluum esse atque incolumen: quod etiam de te: tuisque omnibus scire desidero: nam profectio nihil mihi charius acciderere potest: nihil gratius: nihil ue iucundius: quā de tuo foelici statu: ac secunda fortuna intelligere: is enim amor hoc me facere cogit: quo ab ineunte ætate uterque nostrum deuinctus est. Quem ut diutius integrū & perpetuum seruare possimus: te rogo: ut etiā me aliquando tuis litteris inuisere uelis: ut refarcita hac cōsuetudine nostra per litteras: quæ interuallo locorū ac temporum: uidetur aliquantulū labefactari: possimus simul beatam uitam ducere. Quod ut sapius facias: te rogo atque oro: cui etiā: ut semper feci: omnē operā meā offero. in omnibus optatis tuis: quā libētissime paratā. Vale.

Comunis de negociis.

Comunis epistola de negociis: quæ etiā uulgaris appellatur: est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: ad quā similiter: cum nullū scribendi argumentū reliquū sit: litteras tamen pro cōfirmatiōe amicitia: nostræ scribere uolumus & de aliqua re occurrente: quæ tamen ad nos non pertineat: uel pauci sit momenti: ipsam certiorē reddere cupimus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si cōmunem epistolam de negociis ad aliquā personam scribere uoluerimus: quā licet uullū sit nobis datū scribendi argumentum: tamen pro confirmatione amicitia: nostræ: uolumus de aliqua re occurrente certiorē facere: aut

24

de nouitate: uel negotio aliquo: quod tamen ad nos non pertineat: illa in parte tres similiter diuidemus. In quarum prima: qua causa potissimum ad scribendum incitati simus: per exordium quodpiam declarabimus: ostendentes: quod licet nulla nobis occurrat materia: qua necessario nos ad scribendum impellat: ut tamen absentem amicum per litteras uisitemus: ad amicitiam confirmandam: qua aliquantulum propter diuturnam absentiam uidetur labefactari: uolumus ad ipsum amicum litteras nostras dare: quibus perlectis: talem iucunditatem ipse recipiat: qualem nos ex suis litteris recipere solemus. In secunda uero amicum nostrum accommodatis uerbis salutabimus: & siquid forte diebus ipsis noui acciderit: illud breuiter dilucideque ei narrabimus: ut uideamur etiam nobis cura esse: amicum ipsum reddere certiore de aliquibus rebus: qua nouiter in ipsa ciuitate uel regione acciderint: quia ut plurimum omnes sumus facile inclinati ad noua intelligenda. In tertia autem nos omniaque nostra amico offeremus: quemadmodum in aliis epistolis fieri consuevit: nosque illi commendabimus: rogantes: quod ceteris quoque amicis nostris nostro nomine salutes uelit impartiri.

Propositio.

Scribat ad sempronium lucilius: de rebus occurrentibus illum certiore faciens.

Exemplum.

pars I

Liget ad te antea nullas dederim litteras: semproni charissime: id non causa fuit: quod tui oblivione coeperim: sed ea potius: qua alios similiter a scribendo retinere solet: quia scilicet nullum mihi scribendi argumentum datur: quo te litteris meis reuifere incitarer. Nunc autem dante se scribendi opportunitate: has breues statui ad te mittere: quibus primum nos omnes saluos superstitesque in hunc usque diem tibi esse significo: ea potissimum dei bonitate concedente: qua cuncta mortalium negotia disponit & moderatur: cuius etiam maiestatem exoro: ut de te quoque ac omnibus tuis idem sentire possim: quos omnes semper diuque faustos cupio foelicesque futuros. Harum autem argumentum potissimum: quo nunc praecipue ad scribendum incitatus sum: huiusmodi esse scias. Cum enim iasonis: uiri praecipui ac singularis: & non immerito iure consultorum principis: fama compulsum: ex patria mea in urbem patauinam me contulerim: ut eo legente: ad caesareum ius aditum impetrare possem iisque maxime codicibus indigeam: qui (ut fama refert) isthic uenetis apud publicos impressores abundanter reperiuntur: te pro uiribus meis exoratum uelim: ut iuris civilis textus: cum bartholi diuinis commentariis: meo nomine emere cures: ad meque fideli uelis nuncio transmittere: scribasque: quid potissimum pecuniae exposueris: nam per eundem si uolueris nuncium: eam tibi remittendam curabo: habeboque tibi gratias immortales: qui

d I

3 sic necessitati meæ operā tuā benigne præstiteris. Bene uale amicorū opti-
me: & me non diligas: sed ames: atq; antonio cornelio nostro meo nomi-
ne plures salutes dicito: cæterosq; amicos omnis nostris uerbis plurimū sa-
lutato: quibus omnibus: & tibi in primis: omnia mea bona: meq; in pri-



(mis ipsū: & cōmendo: & trado: atq; dedo. Iterum, Vale.

Iocofum genus: caput. 17.

Iocofum genus est illud: quod fit: quotiens cunq; iocose & fa-
miliariter ad amicos: animi causa excitandi scribere uolumus:
& huius generis species sunt duæ: una scilicet de se: altera uero
de alio: uel de tertia uel secunda persona.

Iocosa

de se

de alio

Iocosa de se.

Iocosa epistola de se est illa: quæ ad aliquam personā scribitur: cū qua fami-
liariter iocari uolumus: super aliqua re: quæ in persona nostra acciderit:
cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si iocosam epistolā de se ad aliquam personā scribere uoluerimus: cū qua fa-
miliariter iocari cupimus in persona nostra: illam potissimū in tres partes
diuidemus. In quarū prima: aut uere: aut uerisimiliter declarabimus ali-
quam rem ridiculam uel iocosā: quæ nobis acciderit: & penitus ad earū re-
rum propositū faciat de quibus postea dicturi sumus: ita ut amicū ipsū ad
risum incitemus: quia nulla est epistola familiarior ista: quæ sæpenumero
etiam in rebus grauibus & arduis: aliis epistolis admisceri solet: ut dice-
mus in epistola mixta. Sed in secunda parte epistolæ: oportebit nos a tali-
bus iocis subito redire ad rem seriam: ne nimiū iocando histriones esse ui-
deamur. In tertia autem: secundū consuetudinem aliarum epistolarū: of-
feremus amico nostro omnem operā nostrā: in omnibus suis optatis libe-
tissime accōmodatam. Sed scire debemus: quod istud genus epistolæ po-
tius est mixtum: q̄ simplex: quia semper inter alias epistolarū clausulas so-
lemus huiuscemodi potius iocos miscere: q̄ simpliciter totam epistolā io-
cosam scribere.

Propositio.

Iocetur fabius cū antonio: qui uerebatur: ipsū in exercitu contra hostes poti-
us timidum: q̄ fortem futurum.

1 pars

Exemplum.

Non miror antoni: si in hoc acerrimo bello: quod contra parthos suscepi-
mus: me potius timidū: q̄ magnanimū futurum uereris: quia soleo ego nū
q̄ matutinum bellū ichoare: nisi prius optima facta ientatione: bene dor-

miuerim: ut fiant uires tanto robustiores: hac adiuuante quiete: quāto prius propter laborem fuerant imbecilliores effectæ: & tamen adhuc euigilans uix stare possum: quod tibi forte talem timendi causam præbet. Sed ne amplius hanc imbecillitatem meā uerearis: addam intentioni meæ bonum maruifium: optima scq; casei crustas: quas gerrhardus ueronensis medicus noster deuorare solebat: cum longum pedibus iter aggredieretur ut cōsolidatis pedum basibus nihil tibi de me sit reliquū timoris. Sed cupio tecum coram iocari. Illud uelim intelligis: expeditionem mihi istam tante curæ esse: ut per deum immortalem: etiam ciborum quandoq; oblitus sim: ut reipublicæ utilitatem curare possim: quam tamen diebus istis tanto sudore consecutus sum: ut in aciem milites sæpius educens: non obscure demonstrauerim: quid patriæ pietati debeat: & quid de me deinceps sperandum sit: quod ego nunc ad te non scribo: quia paucis post diebus: ad senatum super hac re litteras publice mittā. Tu iterim bene ualeto: & deū exora: ut res ad uota succedant: quia nunq; reipublicæ operā meam negabo: etiā si mihi millies moriendū esset. Iterū bene uale: & me scito: sicut antea: semper in omnibus uotis & iussis tuis esse q̄ paratissimum.

Iocosa de alio.

Iocosa epistola de alio est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: cū qua sibi domestice iocari uolumus: sup aliqua re: quæ in persona aliena acciderit: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si iocosa epistolā de alio scribere uoluerimus ad aliquē amicū: cū quo iocari intendimus super aliqua re: quæ nō in persona nostra sed aliena cōtigerit: illā similiter in tres partes diuidemus. In quarū prima: uero uel ficto sed uerisimili tñ ioco: aut in eā personā inuehemur: ad quā scribimus: aut i aliquā aliā: de qua scribere intendimus: dūmodo talis iocus sit ad eas res accommodatus: de quibus postea in ipsa eplā mentionē facere intendimus. In secunda uero subito similiter ad rē ipsā seriā conuertemur: ne nimirū fabulosi esse uideamur narrabimusq; ea: quæ a nobis scribenda erant: ipsa cū superiorib; adaptādo: ne uideamur diuertere ab eo: quod superius dixerim.

In tertia aut utimur coib; clausulis: quæ solent i domesticis eplis ad amicos scribi: quia hæc epistola iocosa etiam cū domesticis aliquando numerari solet: quamuis ut diximus: potius habeat naturā mixtam q̄ simplicem

Propositio.

Iocetur quintilius cū ualerio: qui raras ad eum litteras dare solitus est.

Exemplum.

Cōsideranti mihi diebus istis ualeri charissime: q̄ negligens in scribēdo fores cū nullas adhuc post discessū tuū mihi litteras dederis: facile illa icidebat suspicio: i quā etiā bilbilitanus sæpius uates icidere solebat: quū clientulū nihil

pars I

patrono porrigentem: chyragra laborare suspicabatur. Ego quidē te semper antea adeo in scribendo diligentem cognoscebā: ut quem tecum conferre possem: haberem profecto neminē. nunc autem cum nullas amplius ad me litteras te dare uideam: & ad eū præcipue: qui maxime ipsarum percupidus est: non possum non suspicari: te in chyragræ fortasse morbū incidisse: qui manus tuas: quondam ad scribendum promptissimas: tardiores efficiat. Quod si uerum est (ut opinor) aut æsculapiū consulas. qui te ab infesta huiuscemodi ægritudine liberet: calamūq; tibi nūc grauē: facile deiceps reddat: uel si omnino incurabilis est hæc ægritudo: quod manibus facere non potes. id saltem pedū officio perficias. Sed cupio tecum corā iocari. Illud mihi q̄ gratissimū feceris: si post ista negocia tua: quæ animū tuum diuerse trahunt: sæpius ad me litteras miseris: quibus & de tua imprimis salute. & de his: quæ isthic aguntur: certior fieri possim. Nosti enim animum: mentē: studiūq; meum: in his præcipue pernoscendis: quæ ad rempublicā attinent: quod si me crebro certiorē reddes: nihil est: quod a te magis hoc tempore impetrare contendam. Ego quoq; in huiuscemodi scribendi genere te saturare spero: præsertim si studium meū non aspernaberis. Vale igitur: & si quid est: quod mea tibi opera prodesse possit: utere: cum uolueris: ecce me tibi ad omnia optata tua libentissime paratū.

Commissiuū genus. Caput. 18.



Commissiuū genus est illud. quod fit quotienscunq; ad aliquam personam scribere uolumus: cui super negociis nostris expediendis: mandatū aliquod dare intendimus: & huius generis similiter species sunt duæ. Vna scilicet generalis. & altera particularis.

Commissiua

Generalis

Particularis

Commissiua epistola generalis est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: cui generaliter super omnibus negociis nostris: in aliqua regione: uel ciuitate expediendis: generale mandatum dare uolumus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si commissiuam epistolam generalem ad aliquam personam scribere uoluerimus: cui super omnibus negociis nostris: tam particularibus q̄ generalib; in aliqua regione: siue ciuitate tractandis: uolumus generale mandatū: uel cōmissionē dare: illā in partes quattuor principaliter diuidemus. In quarū prima: prius tanq; per exordium: beniuolentiam captabimus ab ea persona ad quam scribimus: ostendentes quantam fiduciā habeamus in ipsa:

propter fidē & integritatē suā: quod bene tractabit ipsa negocia nostra: quā
 ei uolumus cōmittere: deinde ponemus spem: quā habeamus in ipso ami-
 co: quod propter amorē & beniuolentiā: qua in nos afficitur: bene & dili-
 genter omnia tractabit. In secunda uero negocia nostra narrabimus: cuius-
 iusmodi sint: & cum quo: & ubi peragenda: ut sciat ipse amicus noster: quod
 potissimū nostra causa exequi debeat. In tertia autē ponemus auctorita-
 tem quā tali amico tradere uolumus: super ipsis negotiis pertractandis: cū
 omnibus clausulis: quae uideantur esse necessaria: ad forenses causas pera-
 gendas. In quarta uero & ultima ponem⁹ gratificationē nostram: dicen-
 tes nos uelle ea firma tenere: quae per ipsum amicū nostrum fuerit in talib⁹
 negotiis nostris expedita: adiungentes aliquā poenam: uel obligationē bo-
 norū nostrorum: prout nobis uidebitur magis & ipsis rebus & amico cō-
 uenire. Addentes deinde diem & annū: quo tales litterae scriptae fuerint: cū
 titulo aut signo consueto.

Propositio.

Cōmittat Scipioni Cicero uices suas in oibus negotiis suis rhomae peragēdis

Exemplum.

Nihil est tam arduū: tanq̄ difficile Scipio charissime: quod ego tui causa nō
 libenter subirē: quia sic amor & beniuolentia nostra postulat & requirit.
 Vnde efficitur ut de te quoq; non minorem fiduciam habeam: quod in o-
 mnibus negotiis meis peragendis: in quibus mihi possis operam tuā pra-
 stare: illam fidelissimā exactissimāq; a te expectem. Quapropter cū multa
 mihi sint hac in ciuitate negocia peragenda: quae ego nunc potissimū expe-
 dire non possum: cū regendae huius prouintiae pondere sim impeditus: sta-
 tui ea tibi cōmittere: ut quia praesens omnia facilius agere potes. ea cōmo-
 dius expedias: in quorū omniū peractione: ut nemine obstante: uicem &
 auctoritatē meā subeas per praesentes litteras te meū procuratorem ac nun-
 cium specialē constituo. Et specialiter super ea causa quae mihi est cū mar-
 co antonio in controuersia: quā etiā crēdo tibi notissimā esse: generaliter
 uero ad omnia mea negocia: tam isthic rhomae: q̄ etiam alibi meo nomi-
 ne tractanda: ad uocandū quēcunq; opus erit in iudiciū: & super ipsis ne-
 gotiis libellos producendos: testes: & instrumenta: & si ab aduersario uo-
 catus fueris: ad respondendum: & meo nomine obiiciendū: ad lites conte-
 standas & earum sententias audiendas: ad appellandū: & appellatiōes p-
 sequendas. & generaliter ad omnia peragenda. quae merita causarū exigūt
 & requirunt. Super quibus rebus do tibi omnē auctoritatē & potestatem
 ut eas agere & tractare possis: ac si ego ipse personaliter adessem. Promit-
 tens me omnia & singula. quae per te in his negotiis meis gesta fuerint: gra-
 ta & rata habiturū: sub obligatione omniū bonorū meorum. Tibi igitur

omnem causam commendo: meq; ipsum tibi trado & dedo: cui nolo o-
mnē operam meam: q̄libentissime esse paratam. Vale. Ex gymnasio athe-
nienfi. Cal. Ianuariis: olympiadis ducentesima anno tertio. Ego marcus
tullius. Cicero propria manu scripsi.

Commisſiua particularis.

Commisſiua epistola particularis est illa: qua ad aliquā personā scribitur: cui
particulariter super aliquo tantum negotio nostro peragendo: uices no-
stras credere uolumus: cuius epistolae talis est regula.

Regula.

Si comisſiuam epistolam particularem ad aliquam personam scribere uolue-
rimus: cui particulariter tantum uolumus aliquod simplex negotium com-
mendare: illam similiter in partes quattuor diuidemus. In quarum pri-
ma: ut fecimus in superiore: beniuolentiam captabimus ab ea persona: ad
quam scribimus: demonstrantes nos habere maximam spem & fiduciam
in ipsa: quod propter amorem & beniuolentiam: qua in nos afficitur: ipse
bene & diligenter omnia pertractabit. In secunda uero exponemus ipsū
negotium peragendum: si unum fuerit: uel plura: si plura fuerint: seruato
suo ordine: & super quocunq; negotio declarabim⁹ eas particulares clau-
sulas: quae uidebuntur esse ad eius expeditionem necessariae: uel potius re-
feremus huiuscemodi declarationem ad singularum causarum processus:
quos ad ipsum amicum dicemus mittere: uel breui esse missuros: super
quibus poterit de rebus ipsis certissime informari. In tertia autem appo-
nemus eam auctoritatem: super ipsis negociis peragendis: quam ei uolu-
mus concedere: similiter addendo omnes clausulas: quae ad causas foren-
ses pertinere dicuntur. In quarta uero promittemus: nos esse omnia ap-
probaturos: quae ipse amicus super iis negociis tractauerit: apponendo si-
militer bonorum nostrorum obligationem: cum tempore: loco: & titulo:
ad tales litteras corroborandas necessariis.

Propositio.

Comittat appius. Ciceroni uices suas: sup sacerdotio suo: i cilia expediedo.

1 pars

Exemplum.

Fides & integritas tua marce tullii: qua semper in amicorū negociis usus es: &
quam ego quoq; in rebus meis a te perfectam cognoui: non parua mihi im-
presentiarum fiduciam affert: ut praeter amorem & beniuolentia: qua a te
nellis annis inter se uterq; nostrū deuinctus est: ex tua humanitate & probi-
tate: si tibi negocia mea comendauero: illa ac si tua essent diligentissime ex-
pedies. Ut igitur intelligas: quid mihi nūc potissimū opera tua afferre pos-
sit. Scias me hac in prouincia tua: dum ei praessem: sacerdotiū publicum
gessisse: quod omnibus magistratibus: qui a romano senatu proconsula

ri dignitate isthuc proficiscuntur: aduenire solet: & quia consuetos reddi-
 tus ex tali sacerdotio adhuc percipere nō potui: statui hoc tibi negociū de-
 mandare: qui in prouincia præsens es: & omnia facilius expedire potes:
 Quapropter sup iis pecuniis: quæ mihi ex hoc sacerdotio debentur: accura-
 tissime exigendis: per presentes litteras te meum procuratorē ac nuncium
 specialē constituo: ad eas penitus exigendas: & si fortasse ex publicis quæ-
 storibus resistentē quempiam inuenires: do tibi plenam auctoritatē: ac si
 ipse personaliter adesset: ad eum in iudiciū uocandum: & contra talē ad-
 uersarium libellos producendū: litem contestandā: sententias audiendas:
 & si opus fuerit ab eis appellandū: appellatiōesq; prosequēdas: ac omnia
 facienda: quæ forenses huiuscemodi causæ exigunt & requirunt. Promit-
 tens me omnia comprobaturū: quæ super hoc negocio per te fuerint expe-
 dita: sub obligatione omnium bonorū meorum: tibiq; omnem rem ipsā:
 atq; causā plurimum cōmendo: cui etiam uolo omnem operam meā tibi
 esse paratā. Vale. Ex urbe. Idibus quintilibus: ducentesima olimpiadis an-
 no secundo. Ego appius publicher propria manu scripsi.

Regium genus. Caput. 19.



Regium genus est illud: quod fit quotienscunq; scribit princeps
 epistolam aliquam: uel publicam: uel priuatam: & huius qui-
 dem generis species sunt quinque prima scilicet fidei: secunda
 familiaritatis: tertia edictiua: quarta. Inhibitoria: quinta uero
 promotiua.

Regia

Fidei Familiaritatis Edictiua Inhibitoria Promotiua

Regia ep̄la fidei est illa: quā scribit princeps secularis uel spiritualis ad aliquā
 personā: pro fide alicui faciendā: cuius ep̄istolæ talis est regula.

Regula

Si uolueris princeps ep̄lam fidei ad aliquā p̄sonā scribere: cui fidē adhiberi cu-
 piat: notare debet: qđ talis ep̄la potest scribi: aut ad ipsam p̄sonā: quæ talē
 fidē sibi fieri petit: aut ad aliquā aliā priuatā: siue publicā: apud quam tali
 personæ fidem haberi contendat. Sed utcumq; sit talis ep̄stola in tres po-
 tissimum partes diuidetur. In quarū prima apponet princeps nomen &
 titulum suum: cū omnibus adiectionibus: quæ suo uidentur ip̄erio con-
 uenire. In secunda uero apponet aliquod exordium in quo demonstrat
 uiros probos esse summa laude afficiēdos: & omni beneficio prosequen-
 dos. In tertia autem captabit beniuolentiā ab ea persona: cui fidem face-
 re cupit. Laudando ipsā ab aliqua uirtute particulari: & ipsā omnibus cō-
 mendando ad quorum manus tales litteræ deuenerint: adiugendo sibi

fore gratissimū: si talis persona fuerit commendata: uel benigno fauore ab aliquo affecta.

Propositio.

Fidem faciat ueneturū princeps georgio alexadrino: de ea humanitate: qua

1 pars

Exemplum.

(præditus est.)

Augustinus barbadicus: dei gratia dux uenetiārū & cætera: uniuersis ac singulis: ad quorū manus hæ nostræ litteræ peruenerint: salutē ac dilectionis affectū. Sicut dignū est & laudabile: ut qui uitiis ac sceleribus uallati sunt: eos principū nō tantum uindicta castiget: sed maximo etiā dedecore prosequatur: ita iustum & honestū cēsemus: ut bonos uiros: uirtutiq; deditos non solum beneficiis & meritis cumulemus: sed etiā benigno fauore: & sūmo laudū præconio prosequamur. Quapropter cū iam per multos ānos georgio alexandrino: uiro sane in utraq; lingua doctissimo: uisi simus: cuius eloquentiā: grauitatem. sapiām: nemo est qui non colat: non deamet: non admiretur: præter ea beneficia: quæ in ipsū merito contulimus: dignū existimauimus: ut eū quoq; non obscuro laudū testimonio subleuemus. Hunc igitur uirum omnibus sūmopere cōmendamus: ad quos se contulerit: quia profecto scelix nostro iudicio illa ciuitas existimari poterit: ad quā ipse diuertere uoluerit. Si quid præterea in eū beneficii: fauoris: gratiæ collatū fuerit: illud totum existimabimus in nostram personā fuisse collatum: & pro tali beneficio uolumus ei perpetuas gratias habere. In quorū fidem has publicas litteras fieri iussimus: ac nostri sigilli appensione muniri. Ex urbe ueneta. Cal. martiis: anno salutis dominicæ. 1487.

Regia familiaritatis.

Regia epistola familiaritatis est illa: quæ scribitur ab aliquo principe tam seculari: q̄ spirituali: in fidem: quod ipse aliquā personam in suā familiaritatem susceperit: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si uoluerit princeps regiam epistolā familiaritatis ad aliquā personam scribere: hoc duobus mediis facere poterit: uno scilicet modo: quando ipsa epistola dirigitur ad propriā personam: quā uoluerit princeps in familiaritatem suam suscipere: altero uero quando epistola dirigitur ad aliquā uniuersitatē uel locū: ad quem talis persona se conferre uoluerit: uel generaliter ad omnes: ad quos tales litteræ peruenerint: ut apud ipsos benigne suscipiatur. Sed quocunq; modo fiat: illā similiter in tres partes diuidem⁹. In quarum prima secundū consuetū scribendi: modū: apponet princeps nomen & titulos suos: cū salutatione. In secunda uero faciet exordiū: declarando qualiter omnes uiri probi non solū sint in principum familiaritatem suscipiendi: sed etiā summo fauore & meritis prosequendi: & tūc subiunget: quod propter uirtutes & optimas conditiones talis uiri: quē ipse

cōmendare intendit: fuerit incitatus ad suscipiendū eum in familiam suā. In tertia autē: facta fide istius familiaritatis: cōmendabit eum apud illam uniuersitatem uel locū: ad quem ipse uoluerit se conferre: dicēs ei fore gratissimum: quicquid in talem personā priuatim siue publice conferetur.

Propositi.

Fidem familiaritatis faciat. Cardinalis sancti marci. Ioanni ueneto secretario suo .in galliam proficiscenti .

Exemplum.

pars 1

Marcus barbus: diuina fauente clementia: sacro sanctæ rhomanæ ecclesiæ titulo sancti marci: ep̄s cardinalis. Ludouico christianissimo gallorū regi salutem. Nostra ē consuetudo christianissime rex: ut si quos inuenerimus inter familiares nostros: uirtutis floribus ornatos: & solidissime fidei splendore decoratos. eos nobis potissimū charissimos habeamus. nec unquā illos cessamus meritis & beneficiis subleuare. præter enim illud: quod iustū & honestum existimamus: tales scilicet uiros sūma laude afficiendos. accedit & non mediocris quædā utilitas inter cæteros domesticos nostros. qui si uiderint: merita uirtutū suarū premia bonos uiros fuisse consecutos: eo libentius ad uirtutē aspirabunt. quo se potiora beneficia acquisituros sperabūt. Cū igitur Ioannes uenetus. familiaris noster uir quidē ingenio & doctrina nemini cedens hanc in regionē tuam proficiscatur. sua quædā negotia expediturus. **Tuæ** primum Serenitati notum facimus ipsum esse ex primis familiaribus nostris unū. quem sūmo amore & beniuolentia prosequimur. Cui si nostri gratia in rebus suis a tua Serenitate opitulatum fuisse senserimus. erit quidem adeo nobis gratū. ac si beneficia ipsa in nosmet ipsos collata fuisse lætaremur. tibi igitur eū cōmendamus. tanquā omnium cæterorum nobis gratissimū. charissimumq; tuæq; serenitati similiter offerimus operā nostrā in omnibus tuis optatis quibentissime paratā. Vale.

Regia edictiua.

Regia epistola edictiua ē illa quæ scribitur a principe tam seculari quā spirituali ad aliquam personā. uel publicam uel priuatā. pro re aliqua ad publicū bonū pertinente significanda. cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si uoluerimus epistolā edictiuā regiā ad aliquā personā scribere. scire debemus quod talis epistola scribi potest. uel generaliter ad aliquā uniuersitatē uel populū. uel particulariter ad aliquā personā publicā: ut faciunt principes ad alios principes. pro edicenda pace. uel bello. foedere. uel lege. siue pro similibus. & tunc ipsa epistola diuiditur in tres partes principales. In quarum prima. ponemus nomen principis. cū suis titulis omnibus. prout fecimus in aliis epistolis superioribus. cū salutatione ad eā personā. ad quā

scribitur epistola. In secunda uero ponemus causam propter quā sumus incitati: ad talē epistolam scribendam: ostendendo causam illā esse iustam & honestā: & quantū poterimus: conabimur: partes nostras approbare: & per oppositum aduersarii deprimere: ut potius uideamur nobiscū iustitiā & æquitatem ostendere: quā cum eo ad quem scribimus. In tertia autem narrabimus id quod scribere intendimus: si de bello: personā ipsam ad bellū inuitātes: si de pace: similiter ad pacem: & sic de foedere: aut lege promulganda: addendo clausulas illas finales: quæ magis uidebuntur ad propositū facere: & ipsam epistolam concludere: quod ex superioribus epistolis: satis superque colligere possumus: si ad eas aduerterimus.

Propositio.

Edicat Cæsar pacem pannonio regi pro sua in eū liberalitate ac munificentia.

1 pars

Exemplum.

Foedericus tertius: diuina fauente clementia: romanorum imperator: semper augustus: Austria: stiria: carinthia: carniolaque dux: comesque tirolis & cætera. Matthia utriusque pannonia regi. Salutem. Licet multæ causæ inuicem concurrant: quæ me potius ad bellum tecum gerendum: quā ad pacem firmandam inducant: quas hic recitare: mihi superuacaneum uidetur: tu enim eas bene optimeque nosti: ut tibi tamen tuisque omnibus ostendā: quantum potius mea in uos ualeat liberalitas: quā uestra in me ingratitude: deliberaui penitus tecum pacem firmare: ut cum ab armis discesserimus: possint milites nostri: qui ex utraque parte summopere consumpti sunt: ad desideratam quietem redire: & dissipatas res suas aliquantulum instaurare. Tibi igitur presentium tenore significo: quod ab hoc die in posterum: relicta omni penitus discordia ac similitate: quæ prius inter nos fuerat. uolo tecum firmissimam pacem habere: cum his tamen pactis & conditionibus: quæ prius fuerant inter nos unanimes uoluntate conclusi. Teque hortor: ut hanc a tuis saltem desideratam pacem: uelis & libentissima fronte suscipere: & beneficiorum cōmunicatione perpetuam seruare. nos enim ex parte nostra hoc tibi uolumus esse pollicitum & constantissime obseruatum: quod nulla unquam causa a tua beniuolentia decidemus: quoad ipsam uolueris nobis illesam tenere. Vale.

Regia inhibitoria.

Regia epistola inhibitoria est illa quæ scribitur a principe ad aliquam personam: uel publicam uel priuatam: cui inhibere intendit aliquod opus uel iam inceptum: uel quod propediem incipiendum suspicetur: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si noluerit princeps inhibitoriam epistolam ad aliquam personam uel publicam uel priuatam scribere: cui inhibere uelit aliquid faciendum: uel quod iam fieri coeptum sit: illam similiter in partes tres diuidere debebit. In quarum prima ponet nomen & titulos suos: secundum consuetudinem talium epistolarum. In secunda uero: quod erit exordium epistolae: declarabit se intellexisse: quod talis persona: ad quam ipse scribit: uel iam inciperit uel incipere uelit aliquod opus: quod ipse princeps nullo pacto futurum intendit: & simul in hoc loco declarabit causam uel rationem aliquam ueram: aut saltem uerisimilem: propter quam ipse sit icitatus: ad tale opus inhibendum. In tertia autem inhibitione ipsam ponet: uerbis breuibus & dilucidis: quae proprie ad principem attinent: addendo regales minas: si a tali opere faciendo non destiterit: cum omni tamen modestia & humanitate: ne uideatur subito uelle in iram exire quod ad prudentem & sapientem uirum non attinet: & sic absolute finiet epistolam suam: addendo tamen diem & locum: quo datae fuerint litterae.

Propositio.

Inhibeat pontifex maximus regi ferdinando aedificationem cuiusdam castelli: in finitimis.

Exemplum.

pars 1.

Innocentius episcopus: seruus seruorum dei. Illustrissimo regi appuliae ferdinando. Salutem & apostolicam benedictionem. Ex litteris uenerabilis fratris nostri. cardinalis sancti petri ad uincula: de nostro mandato: totius agri piceni. gubernatoris & legati: nuper intelleximus. te munitissima quadam castella: in finitimis appuliae terminis: uersus agrum picenū: qui nostrae ditioni subiacet: contra pacta & conuentiones nostras: aedificare uelle: quod se dicit ex multis nunciis: isthinc uenientibus intellexisse. Et quia ut scit serenitas tua huiusmodi castella quae noua quapiam aedificatione eriguntur: & praesertim in illis locis: ubi maior posset dari occasio nocendi: semper in malum inducit hominum suspensionem. ideo non possumus satis admirari: te contra nos talia moliri. Quapropter rogamus serenitatem tuam: ut penitus a tali aedificatione desistat: si nobiscum uoluerit perpetuam pacem habere: quod si fortasse neglexeris: coacti erimus omnem iniuriam nostram pro uiribus propulsare: cum praesertim uim ui repellere liceat. Sed bene confidimus: te talia esse facturum: quae regiam personam tuam deceant: cui etiam nos offerimus omnem operam nostram: in omnibus optatis libentissime paratam. Datae apud sanctum petrum. anno ab incarnatione dominica octogesimo sexto supra millesimū & quadringentesimū. Pontificatus autē nostri: anno primo.

2

3

Regia promotiua.

Regia epistola promotiua est illa quae scribitur a principe ad aliquam personam quae ad dignitatem quampiam seu gradum promouere intendit. cuius quidem epistolae talis est regula.

Regula.

Si uoluerit princeps promotiuam epistolam ad aliquam personam scribere. hoc dupliciter facere poterit. uno scilicet modo: quando ipsam epistolam dirigat ad aliquam tertiam personam: cui mandat ut amicum quempiam uel familiare ad aliquam dignitatem promoueat. altero uero modo. quando ad ipsam personam propriam scribit: quam promouere intendit. Sed quocumque modo fiat. illam in partes tres diuidet. In quarum prima: secundum istarum epistolarum consuetudinem: apponet nomen & titulos suos cum breui salutatione. In secunda uero captabit beniuolentiam ab ea persona: quam promouere intendit: ipsam scilicet laudando ab aliqua uirtute particulari: quae specialiter in ipsa refulgeat. & dicens. quod propter uirtutes suas ipsa mereretur omnium fauorem acquirere. In tertia autem captabit beniuolentiam a persona propria. dicens. quod propter istam causam ipse sit incitatus: ad porrigendum ei omnem fauorem & gratiam. & tunc subiunget: quod uacante nunc tali beneficio uel dignitate. ipse uoluerit eam tradere ipsi amico: quous non sit sufficiens uel aequalis ad eius uirtutes & condiciones remunerandas: offerendo tamen ei post hac omnem operam suam: ita quod facile intelliget ab eo magni existimari & plurimi fieri.

Propositio.

Promoueat dux mediolanensis. Franciscum ueturium: ad ticinensem pontificatum
1 pars

Exemplum.

Ioanes galeacius maria: dei gratia dux mediolani: papiae comes: ac genuae dominus: Francisco ueturio: abbati leonensi Reuerendissimo salutem: ac dilectionis affectum. Eximiae uirtutes ac singulares quaedam animi tui conditiones. quae non obscuro nec uario sermone: sed & clarissima & una omnium uoce praedicantur: adeo diebus istis ad aures nostras gratissime aduolarunt ut merito aius noster iam inclinatus sit: ad eum tibi fauorem in omnibus rebus & optatis tuis exhibendum: quem unicuique familiari ac domestico nostro exhibendum existimamus. is enim mediis duximus uiros bonos ad uirtutem alliciendos. qui cum uirtutum suarum aliqua se uiderit premia consecutos. eo facilius ad meliora semper accendant. Quod ut apertius ista in te affectio nostra pateat. uacante nunc ticinensis pontificatus sedes. te praeter omnes duximus huic pontificio muneri praeficiendum. ut hoc sit tibi animi nostri firmissimum monumentum. His igitur litteris nostris declaramus te huius ecclesiae papiensis episcopum benemeritum. rogamusque ut hoc munusculum nostrum grato animo suscipere uelis quous multo sit tuis meritis inferius. Sed post hac si dabitur facultas. ut merita

possimus uirtutibus tuis premia cōdonare: senties profecto: nos tanti sa-
pientiam & doctrinā tuā existimasse: quanti ab omnibus existimāda erat.
cui etiā uolumus omnem operam nostram: in omnibus optatis tuis esse pa-
ratam. Data mediolani: in nostro ducali palatio. anno salutis. 1487.

Mixtum genus. Caput. 20.



Mixtū genus est illud: quod fit: quotienscunq; secundū di-
uersorum negociorū exigentiā: in uno litterarum uolu-
mine. diuersorū generū epistolæ continentur: & huius ge-
neris species sunt duæ: nam aut ex duobus generibus est
mixta epistola: aut ex pluribus.

Mixta

Ex duobus.

Ex pluribus

Mixta epistola ex duobus generibus: est illa: quæ duo tantū genera comple-
ctitur: uel etiam duas species: de iis: quæ superius expositæ sunt: cuius episto-
læ talis est regula.

Regula.

Si mixtā epistolam ex duobus generibus: uel duabus speciebus: ad aliquē ami-
cum scribere uoluerimus: illam principaliter ī partes duas diuidemus. In
quarum prima ponemus eam partem epistolæ scribendam: quæ magis no-
bis uidebitur esse necessaria. In secunda uero subiungemus illam: quæ mi-
norem in se & minus necessariam causam habet. Sed tamen notare debe-
mus: quod in tali epistola mixta solemus in principio semper facere exor-
dium hoc modo scilicet si epistola fuerit principalis: & primo scripta ad a-
micū: declaramus ei tanq; per exordium: quod cum nobis multa & uaria
ad eū scribēda occurrāt: p̄ has litteras uolum⁹ eū de oīb⁹ admonere: & tūc
particulariter seruādo ordinē oīum scribēdoꝝ: singula breuiter & diluci-
de exponem⁹. Si uero secundaria fuerit ep̄la: & responsiua: dicem⁹ ī princi-
pio: nos recepisse ab amico nostro litteras: q̄ nobis gratissimæ fuerunt: &
qd̄ ad oīa illa particulariter rescribemus: quæ uidebuntur responsione di-
gna: & tunc similiter per ordinē ad omnia respondebimus. Si uero ali-
quid etiā nobis scribendū acciderit: illud ī fine epistolæ scribemus: offe-
rendo ipsi amico omnem operā nostram: in omnibus paratā: ut in aliis
epistolis fieri consuetum est.

Propositio

Scribat excusatoriam simul & domesticā epistolam ad curionē. Cicero: ipsū
de negotiis suis admonendo.

Exemplum.

pars I

Accepi abs te litteras Curio charissime: quæ licet mihi iucundissima fuerint: cū ex illis intellexerim: de tua tuorumque omnium salute: aliquid tamē molestiæ attulerunt: cū te uideam me negligentia crimine suspectū habere: quod sci licet: ut optabas: sæpissimas ad te litteras nō dederim: & profecto quicquid hoc mihi molestū sit: quia me sentio ab omni penitus culpa uacare. est tamē aliquantulū ex altera parte iucūdū: cū hæc præsertim litterarū mearum exostulatio: non paruum in me amorē tuū ostendit. Dabo igitur operā: ut quicquid uis neminē prætermiseri: quē quidē ad te peruenturū putauerim: cui litteras non dederim: te etiam hoc in scribendi genere expleā: præsertim si uidero officiū meū abs te non uilipēdi: Sed de litteris hæc tenus. Scribis ad me ut de negotio tuo te certiorē reddā: scias nos die noctuque laborare: ut expediat: sed est tāta aduersariorū tuorū iniquitas: ut res semper sic ipsis cogen tibus: in longum protrahatur: speramus tamen: ut demū infracta ipsorum iniquitate: tuā sis dignitatem retenturus. Quod autē scribis: ut ad te libros iuris civilis transmittā: faciā id equidem libentissime: sed quia propter hæc bella intestina: quæ adhuc sedata non sunt: nullus hinc potest nuncius tuto discedere: expectabis ad paucos dies: quousque pax: quæ inter partes tractatur: ad conclusionē ueniat: tunc uoto tuo securius & melius satisfiet. Si quid est aliud: quod mea tibi opera prodesse possit: tuū est iubere: meū autē mandata tua quolibetissime exequi. Vale.

¶ Mixta ex pluribus.

Mixta epistola ex pluribus est illa: quæ plura in se genera cōplectitur: uel plures diuersas species: cuius epistolæ talis breuiter est regula. **Regula.**

Si uoluerimus mixtā epistolā ex pluribus ad aliquā personā scribere. illam in tot partes diuidemus quot erunt genera: uel species epistolarū: ex quibus ipsa erit cōposita: & tunc a maiore semper & maioris momenti incipiemus: per omnia seruando regulā suā: prout in suo capitulo declaratū est: deinde ad propinquā descendemus: deinde ad minorē: donec omnis rerū scribēdarum numerus cōpleatur: semper in omnibus seruando regulā suā: sicut in suo loco fuit superius definitū. Sed illud addere debemus: quod semper est faciēdū aliquod exordiū in tali epistola: per quod declaremus ea generaliter quæ scribere intendimus: uel saltē ut per ipsum demus aliquē introitū ad ipsam epistolā componendā. In fine præterea epistolæ adiungimus oblationes cōsuetas: addendo etiā: si nobis uidebitur: expositionē alicuius negotii nostri: quod ad ipsum amicū scribere intendimus: quæ negotia: nisi fuerint alicuius magni momenti: sunt semper postponēda: quia amicorū causæ sunt prius recitandæ: & expediendæ: qui propria: ut uideamur ipsorum negotia magis cordi habere: quæ nostra.

Propositio.

Scribat consolatoriā simul: & grauē: ac domesticā epistolā ad pompiliū mar

Cuius curius.

Exemplum.

pars I

Intellexi pompili charissime ex amicorum nostrorum litteris: quod mihi diebus istis reddita fuerunt: patrem tuum: uirum optimum: ex hac uita decessisse: quod mihi profero tanto molestius fuit: quanto mihi tu charior es: cuius ego existimo omnem fortunam mihi esse commitem: hanc ideo calamitatem tanquam propriam existimaui: sed cum ex altera parte considero: quam bene natus fuerit: quam optime educatus: quibus honoribus inter ceteros sui ordinis uiros functus: quam facili morbo correptus. & dum tempus erat: ut naturam concederet: quam sanctissime mortuus: certe nihil est quod dolendum: imo uere potius decet: ut deo maximo gratiam habeamus: qui prius illum tantis muneribus donauit: deinde placidissima morte non ad tenebras: sed de tenebris ad lucem reuocauit. Sed his omissis ad ea ueniamus: quae ad nos magis attinent. Scias diebus istis senatu nostro nunciatum fuisse. samnites maximum contra rempublicam nostram exercitum praeparasse: ac quotidie in agrum nostrum incursionem facere. Unde centuriatis comitiis celebratis: decreuerunt patres: ut contra hostes arma sumantur: eique rei pompeii uirum nostrum praeposuerunt: qui consilio sapientia: & auctoritate nemini cedens facillime possit rem istam committere. Tu si me audieris ex cumano tuo quamprimum in urbem uenies: ne tumultuario bello ingruente: aliquid damni patiaris. Quod scribis: ut a debitoribus tuis pecunias exigam: proferere illud profecto liberrime. sed in hoc tam graui tumultu: neque foris cauillari: neque senatoriae actionis amplius locus est: quousque res ad aliquid melius tendant. Sed hoc unum tibi audeo scribere: quod si te ad nos quamprimum contuleris. non solum poteris priuatis: sed et publicis fortasse rebus non mediocrem subsidium ferre: quod ut facias te hortor: rogo: & moneo: tibi tamen nunquam defutura opera

(meam polliceor. Vale.

Elegantiae definitio ac regulae: quae ad superiores epistolas faciunt. libellus secundus.

Elegantia est uenusta uerborum concinnitas: dulcem auribus afferens somnum: cuius quidem generales regulae sunt triginta.

Prima regula.

Laudabitur illa oratio: quae obliquum dicitur: & a posterioribus incipiens dictionibus: in uerbum sapiens: quod in alia orationis parte finiat: ut caesar adeptus est monarchiam imperii summis uiribus: quod eleganter dicitur: summis uiribus imperii monarchiam caesar adeptus est.

Secunda regula.

Comendabitur quoque oratio quae dictionem habeat uniuersalem affirmatiuam uel negatiuam in fine uel aliquo signo nomine uel aduerbio. Exemplum primi. Omnes laudant ea: quae uir bonus facit: quod uenusti dicitur. Quae uir bonus facit: laudant omnes. Exemplum secundi. Ego neminem habeo: quem magis diligam te: quod pulchre dicitur. Quem te magis diligam. habeo neminem. Exemplum tertii. Egregia sunt ea quae scribis ad me quod concinnus est. Quae ad me scribis: sunt egregia. Exemplum quarti. Ego omnia di-

libenter perfeci: quæ iussisti mihi: quod eloquentius dicitur. **Quæ** mihi iussisti: perfeci omnia diligenter.

Tertia regula.

Nomen adiectiuum elegantius substantiuo præponitur: ut uirtus summa: imperium magnū: consiliū utile: melius enim dicitur summa uirtus: magnū imperium: utile consiliū & huiusmodi.

Quarta regula.

Inter adiectiuum & substantiuum semper aliquid est interponendum: ut maxima uirtus caesaris summa laude semper extollenda est: quod elegantius dicitur: maxima caesaris uirtus summa semper laude extollenda est.

Quinta regula.

Quotiescunque ab apposito alicuius uerbi secundarii oratio incipiat: quod subito relatiuum sequatur: elegantius inter relatiuum & antecedens secundarium uerbum ponitur: ut Aeneum pompeum: qui romanorum auxit imperium: summo opere diligo. **Venustius** enim dicitur. Aeneum pompeium summo opere diligo: qui romanum imperium auxit.

Sexta regula.

Si fuerit relatiuum in obliquo casu positum: uenustius antecedit: in relatiui casu positum postponetur: ut Virtutes: quibus ab ineunte ætate studuisti: immortalitati nomen tuum commendabunt: quod elegantius dicitur. **Quibus** uirtutibus ab ineunte ætate studuisti: immortalitati nomen tuum commendabunt.

Septima regula.

Quando est aliquod substantiuum: cum præpositione aliqua iunctum: quod sit de natura precedentis uel subsequents clausulæ: præpositionem in relatiuum uertimus: & uerbum substantiuum adiungimus: ut pro tua humanitate: multa in me beneficia contulisti: quod elegantius dicitur. **Quæ** tua humanitas est. multa in me beneficia contulisti: & sic in cæteris.

Octaua regula.

Sæpius relatiuum: quod uerbo primario additum est ad secundarium transferimus: ut cicero: qui eloquentissimus fuit: cæteris oratoribus in dicendo præstitit quod elegantius dicemus. **Cicero** eloquentissimus fuit: qui cæteris oratoribus in dicendo præstitit.

Nona regula.

Si aliquod habuerimus uel nomen uel aduerbium infigne: elegantius illud cum quidem uel idem pro nomine postponemus. **Exemplum** primi. Marcus tullius orator singularis fuit: quod uenustius dicitur. **Marcus tullius** orator fuit: & quidem singularis. **Exemplum** secundi. **Quæ** mihi iussisti: omnia libenter perfeci: quod eloquentius dicitur. **Quæ** mihi iussisti: omnia perfeci: & quidem libenter.

Decima regula.

Sicut in mediocri stilo dicendi: a re nuda prius incipere oportet: deinde illá exornare. Sic in stilo graui: ab exornatu initium sumere debemus. Exemplum primi. Pompeius omniú rromanorum: tum armis: tum consilio facile princeps fuit. Exemplum secundi. Omniú rromanorum: tum armis: tum consilio: facile princeps magnus pompeius fuit.

Vndecima regula.

Genitiuus casus semper cæteris præponitur: ut consiliú optimi uiri: quod elegantius dicitur. Optimi uiri consilium.

Duodecima regula.

Si gerundium uerbum habuerimus cum suo apposito: appositú illud in gerúdi casu ponemus: ac ambo inuicem concordabimus: ut ueni gratia amandi uirtutem: quod uenustius dicitur. Veni amandæ uirtutis gratia.

Tertiadecima regula.

Si fuerit aliquod relatiuú inter duo substantiua: illud potius cum sequenti: quàm cum præcedenti concordamus. Ut est locus in carcere: quod tullianú appellatur.

Quartadecima regula.

Si dictionis alicuius significationé augere uolumus: positiuo per: aut per quâ comparatiuo longe: superlatiuo auté quàm iungere debemus. Exemplum omnium. Per beatus uel perquam beatus fuit cæsar: sed longe beator augustus quàm beatissimus autem traianus.

Quintadecima regula.

Nomina græca tertiæ declinationis: si peritto syllabica fuerint: ad secundam declinationem referuntur: ut delphin delphinis: delphinus delphini: elephas elephantis: elephantus elephantum.

Sextadecima regula.

Si aliquod adiectiuum habuerimus: significans laudé uel uituperiú: utile uel inutile: illud potius in datiuum substantiui uertemus: cum sum es est. Ut uirtutes sunt mihi iucunditati.

Decimaseptima regula.

In rebus paribus: tum uel & geminatum ponimus: in imparibus uero cum & tum: sed leuius præponitur. Exemplum primi. Cicero tum laude tum rerú scientia ualet. Vel æneas & fortis & pius fuit. Exemplum secundi. Cæsarem plurimum ualuisse: cum populus: tum senatus affirmat.

Decimaoctaua regula.

Si aliquam personam aut laudare: aut uituperare uoluerimus: id trifariam facere poterimus: aut cum genitiuo: quod magis poeticum est: ut marcus cato uir est magnæ uirtutis: aut cum nominatiuo & ablatiuo: ut marcus cato uir est magnus uirtute: aut cum ablatiuo solo: ut marcus cato uir est ma-

gna uirtute.

Decimanona regula.

Sapenumero uerbum infinitum uertemus in participium tam ablatiuum quam accusatiui casus: si uerbum aliquod praecedat. Exemplum primi. Mihi opus est consulere: quod melius dicitur: mihi consulto opus est. Exemplum secundi. Bonam tibi fortunam inuenire curabo: quod uenustius dicitur. Bonam tibi fortunam inuentam curabo.

Vicesima regula.

Cum adiectiuum & substantiuum in eodem casu posita acciderint: substantiuum in genitiuo casu ponemus: adiectiuum uero in eo casu: in quo poni debet: sed in numero singulari & genere neutro locamus: ut multa pecunia: parua sapientia: aliquis litteras: quod melius dicitur: multum pecuniae: parum sapientiae. aliquid litterarum.

Vicesima prima regula.

Cum duobus substantiuis idem adiectiuum adieci debet: adiectiuum in principio orationis collocamus & substantiuo cum & uel tum geminato postponimus: ut Caesar fuit magnus uir & magnus imperator: quod ornatius dicitur. Caesar fuit magnus & uir & imperator.

Vicesima secunda regula.

Cum adiectiuum & substantiuum simul fuerint: quorum substantiuum: ab adiectiuo formatum: fuerit diuersae significationis a primo substantiuo: in duo sunt potius substantiua transferenda: ut. Cauendum est: ab honestate naturali discendum: quod melius dicitur. Cauendum est: ab honestate natura quae discendum.

Vicesima tertia regula.

Cum gerundium accusatiuae uocis habuerim: potius illud in supinum ablatiuae uocis transferam: ut. Hoc est mirabile ad uidentum: quod elegantius dicitur: hoc est mirabile dictum.

Vicesima quarta regula.

Si aliquod superlatiuum durius acciderit: pro eo positiuum ponemus: ac ei aduerbiu superlatiuum addemus: ut necessarissimus: quod elegantius dicimus: maxime necessarius.

Vicesima quinta regula.

Si aliquem maximopere laudare: uel uituperare uoluerimus: laudationis uel uituperationis causam in genitiuo constituemus: ac huiusmodi nomina: splendorem: fulgorem: gloriam: uel laudem: uitium: facinus: crimen: aut scelus addemus. Exemplum primi. M. antonius plurimum eloquentia ualuit: quod melius dicitur. Marcus antonius plurimum eloquentiae gloria ualuit. Exemplum secundi. Lucius catilina coniuratione damnatus est: quod elegantius dicitur. Lucius catilina coniurationis scelere damnatus est.

Vicesima sexta regula.

Quotiens nomina singularis: uel pluralis & singularis numeri conectuntur: uiciniore semper respondendum est. Si uero pluralis numeri fuerint: ad nobilius transeundum erit. Exemplum primi. Caesar res publica romana merito propeio iusta fuit. Exemplum secundi. Exercitus nostri romanorumque turmae

turpiter fugati sunt.

Vicesima septima regula.

Non nunquam comparatiua propositiuis ponuntur: ut uehementius pro uehementer: & sapius pro saepe.

Vicesima octaua regula.

Subiunctiuus modus elegantius pro indicatiuo ponitur: ut uelim pro uolo: fecerim pro feci.

Vicesima nona regula.

Si uerbum subiunctiuum habuerimus: cum quod coniunctione: ea remota: elegantius illud ad infinitum reducemus: ut gaudeo: quod tribunitiam potestatem consecutus fueris: quod melius dicitur. Te tribunitiam potestatem consecutum fuisse gaudeo.

Tricesima regula.

Cum aliquid adiectiuum exornare uoluerimus: proferemus illud pro suo oppositum: ad dita negatione. Ut cicero fuit litterarum peritus: quod elegantius dicitur. Cicero fuit (haud nescius litterarum.

Tituli: unicuique personarum ordini tribuendi: secundum earum conditionem. Libellus tertius

Titulus est epithetum unum uel plura: quae tam in epistolae fronte: quam in tergo: unicuique personae conditioni accommodari solent: quorum regulae sunt decem &

Ad summum pontificem: prima regula. (octo

Pontificem: maximum: summum: romanum: dominici gregis pastorem: sacrorum antistitem christiani cultus moderatorem: christiani nominis uexilliferum: patrem: diuum: clementissimum: sanctissimum: tutissimum: beatissimum: amplissimum: pietissimumque dicemus. Cui tale in litterarum tergo titulum dari licebit. Diuo paulo secundo: dominici gregis pastori pietissimo: romanamque basilicam pontifici maximo optimoque. In epistolae autem medio. eius clementiam: sanctitatem: beatitudinem amplitudinem: pietatemque appellabimus.

Summus autem pontifex minores quoscunque pontifices fratres: reliquos autem filios pro litteras publicas appellabit. Unde ad pontifices scribentes inferiores: sic in litterarum fronte profatur. Paulus secundus: diuino dei nutu: ouilis dominici custos designat: dilectis fratribus: germanis episcopis: salutem & apostolicam benedictionem.

Caesarem uero sic aggredietur. Paulus secundus: diuina dispositione. christiani cultus moderator. dilecto filio federico tertio: romanorum imperatori: augusto: faustoque: salutem & apostolicam benedictionem.

Scismaticos autem gentilesque huiusmodi titulo salutabit. Paulus secundus. dei gratia christianae plebis antistes: mahumeto: turcorum regi maximo: sanioris mentis spiritum: rectiusque consilium exoptat.

Ad minores pontifices. 2. regula.

Pontifices minores: cardinalis: patriarcha: archiepiscopus: episcopus: protonotarium: abbatemque appellabimus quibus hos titulos adiciemus. Pontificem namque minorem: in parte dominici gregis ascitum: amplissimum: ueneratissimum obseruatissimum: pietissimumque dicentes: tale in epistolarum tergo. Si

cardinali scribendum erit: titulum assignamus. Petro fuscato: titulo diuini coleo: cardinali pontifici: patri pientissimo obseruandissimoq;. In epistola autem medio: eius amplitudinem: obseruantiam: praestantiam: pietatemq; appellabimus.

Si patriarcha autem: aut archiepiscopo: uel episcopo scribere uoluerimus. Sic in litterarum tergo dicemus. Laurentio. Zani: antiocheno patriarchae obseruandissimo: patri non minus pientissimo: q; uenerando. In epistola autem medio: eisdem ferme & superioribus titulis utemur.

Protonotarium uero in litterarum tergo sic aggrediemur. Petro dádulo: romanae basilicae protonotario: nō min⁹ accuratissimo: q; fideli dño singulari. Abbates praeterea: & reliqui sacerdotes: tali in epistolarum tergo sunt titulo decorandi. Petro cornelio: diuini francisci coenobitarum antistiti: & religioso & optimo. Itē petro: nigro: diuino iuliano dicatae adis antistiti: flamine pietissimo: optimoq;. In epistola autem medio Reuerentiam: dignitatem: paternitatem appellabimus.

Ad caesarem. Tertia regula.

Rhomanorum imperatorē: diuum caesarem: caesaream maiestatem: christianae reip. tutorem: uexilliferumq; triumphatorem: patrem patriae: augustum: inuictissimum: faustissimum: pientissimumq; dicemus. Cui tales in epistolarum tergo tituli tribuuntur. Federico tertio: diuino afflante spiritu: rhomanorum imperatori: caesariq; augustissimo faustissimoq;. In epistola uero medio: maiestatem: serenitatem amplitudinem: potestatem: celsitudinemq; appellabimus.

Ad regem uel minorem principem. quarta regula.

Regem: ducem: principem quoq; ac comitem: regiae uel ducalis celsitudinis siue dignitatis decus: heroicarum cultorem uirtutum: principatus ornamentum: regii culminis splendorem: & unicū firmamentum: christianissimum: potentissimum: magnificentissimum: magnanimum: fortissimum: inclitum: foelicissimum: serenissimum: illustrissimumq; appellabimus. Cui tales in epistolarum tergo titulos adiciemus. Carolo: triplicis galliae regi christianissimo: regiq; culminis splendori serenissimo: illustrissimoq;. In epistola uero medio: maiestatem: serenitatem: celsitudinem: potentiam: amplitudinem: magnanimitatem: foelicitatemq; dicemus.

Ad equitem aureatum. Quinta regula.

Equitem: equestris ordinis uirum: militiae decus: reip. columen: patriae spem amplissimam: fidissimamq; splendidissimum generosum excellentissimum clarissimum: inclitum: magnanimum: potentem: fortem: strenuissimumq; dicemus. Cui in litterarum tergo hos titulos tribuemus. Bernardo iustiniano splendidissimo equestris ordinis uiro: patricio ueneto: militiae decori: reip; publi

ca firmamento. In epistolae uero medio: splendorē generositatē: excellen-
tia: claritatē. strenuitatēq; appellabimus.

Ad Patriciū. sexta regula.

Patriciū: senatorii ordinis uirū: senatorē: magnificū: spectatissimū: nobile: ge-
nerosum: ornatissimū: clarissimū: insignē: spectabile: integerrimū. prudē-
tissimū: sapientissimūq; dicem⁹. Cui in epistolarū tergo hos titulos dare li-
cebit. Ioāni fuscarenō: patricio ueneto: senatoriūq; ordinis uiro integerrī-
mo. optimoq;. In epistolae uero medio: magnificentiā: spectabilitatē: nobi-
litate: generositatē: claritudinē: integritatem. prudentiam. sapientiāq; di-
cemus.

Illud quoq; annotatione dignū censemus. Non tantū patricios. uerū & con-
sulares quoscunq; uiros. urbiū praefectos. consules. proconsules. praetores.
honoratis fascibus decoratos. necnon & ceteros magistratus. his plerun-
q; titulis non absurde salutandos. ut superius diximus.

Ad plebeiū. septima regula.

Plebeios uiros tripartitos reperimus. aut enim maiores sunt. aut medioximi.
aut minores.

Maiorē plebeiū. spectabile. sapientem. praestantē. precipuū singularē. offi-
ciosum. consumatū uirū. integerrimū. ornatissimū. beneficentissimū. spe-
ctatissimūq; dicemus. Cui in epistolarū tergo tales titulos adiciemus. Iaco-
bo philetio. plebei ordinis. uiro p̄cipuo ac singulari. In epistolae uero me-
dio. spectabilitatem. sapientiā. praestantiam. integritatē. beneficentiamq;
appellamus.

Medioximū plebeiū: egregiū: prudentē: humanissimū: benignissimū: probis-
simūq; dicem⁹: Cui in litterarū tergo tales titulos dabim⁹. Hieronymo ma-
latheno: plebei ordinis uiro humanissimo: probissimoq;. In epistolae uero
medio: prudentiā: humanitatē: benignitatē: probitatēq; appellabimus.

Minorē aut plebeiū: discretū: moratū: industriū: solertē: expertū: diligentissi-
mūq; uirū: obsequentē: accuratū: fidelissimūq; dicemus. Cui in epistolae ter-
go tales titulos tribuemus. Antonio pecino: architecto: uiro tā industrio: q̄
accurato. In epistolae uero medio: industriā: solertiā: diligentiam: fidēq; dicem⁹.

Ad studiosos uiros: & primo ad theologū. octaua regula.

Studiosos uiros oēs appellamus: quos cuiusq; scientiā deditos scimus: quo-
rū titulos per ordinem suisq; locis ordinabimus. Et primo de theologis.
Theologū igitur: diuinarū: humanarūq; rerū interpretē: sacrarū litterarū
cultorē: sacri paginae professorē. diuini cultus moderatorē: diuinā uolūta-
tis expositorē: sapientissimū: eximiū: excellentissimū: diuinūq; dicemus.
Cui tales in litterarū tergo titulos dabimus. Paulo pergulensi: sacrae pagi-
nae p̄fessori: tā sapientissimo: q̄ diuinissimo. In epistolae uero medio: sapi-

entiā: excellentiāq; dicemus.

¶ Ad iurecōsultū. nona regula.
Iurecōsultū diuinarū humanarūq; rerū interpretē: pontificii uel caesarei iuris doctore: uel loritā. diuini uel humani iuris moderatore: utriusq; iuris p̄fessorē: iurecōsultorū cōsultissimū: sapientissimū: optimū: eximiū: excellentissimū: aequissimū: integerrimūq; dicem⁹ Cui in epistolarū tergo tales titulos dabim⁹. Alexādro neuo: diuinarū humanarūq; legū iterpti: tā excellentissimo: q̄ aequissimo. In epistolæ autē medio: sapientiā: probitatē. excellentiā aequitatē: integritatēq; dicemus.

¶ Ad medicū. decima regula.
Medicū. humanæ salutis moderore. auxiliatorē. tutorē. conseruatorē. remediūq;: medicæ artis p̄fessorē. morborū curatorē. agritudinū propulsatorē. accuratissimū. promptissimū. expertissimū. diligentissimūq; dicemus. Cui tales in epistolarū tergo tituli assignant. Gerardo ueronensi. medicæ artis professori. tā accuratissimo. q̄ doctissimo. Sed in epistolæ medio. sapientiā. excellentiā. doctrināq; dicemus.

¶ Ad philosophū. dialecticū q;. undecima regula.
Philosophū. sophiæ filiū. naturæ exploratorē: causarū speculatorē. sapientiæ amatorē: filiūq; sapientissimū: modestissimū: excellentissimū: grauissimū: acutissimū: speculatissimūq; dicemus. Cui in epistolarū tergo tales titulos trademus. Antonio cornelio philosopho excellentissimo. naturæq; exploratori: non minus acurato q̄ acutissimo. In epistolæ autē medio: sapientiā: modestiā: excellentiā: grauitatē: speculationē: acumēq; dicemus.

¶ Ad mathematicū. duodecima regula.
Mathematicū arithmeticæ: uel geometriæ: uel sideralis scientiæ professorē. factorū expōitorē: diuini numinis consciū. siderū speculatorē. phatōtæi cursus exploratorē: uel imobilis magnitudinis metitorē: uel discretæ quātitat̄is supputatorē: acuratissimū. subtilissimū: acutissimū: prudētissimū. perspicacē. excellentissimū. diuinū. sapientissimūq; dicemus. Cui tales in epistolarū tergo tituli assignant. Dominico bragadeno. mathematicæ artis professori. nō minus acuratissimo q̄ doctissimo. In epistolæ uero medio. acumē subtilitatē. prudentiā. sapientiā. excellentiā. perspicacitatēq; dicemus.

¶ Ad musicū. uatēq;. tertiadecima regula.
Musicū. uatēq; eisdē ferme titulis decoramus: caelestis armoniæ imitatorē appellantes: pieridū filiū. musarū alumnū. apollini sacratum. thespiadum choro dicatum. hippocrenidum choro sacratum. pegasidum amicū. libetridū cultorē. pegasæo liquore saturatū. lauro insignē. pallida decoratū hederā. pirenæo fonte potū. castalii fontis domesticū: parnassii fluminis nō ignarū: cephisi gurgitis uel fluminis nō expertē. heliconiæ rupis accolā. parnassii nemoris exploratorē: cyrrhæi iugi nō alienū. aoniū mōtis habitatorē

phæbæi numinis interpretē. testudineæ lyræ moderatorē. nouenarū sororū decantatorē: parnasiæ ædis ciuē: sacrū diuinū. elegantissimū: facundissimū: suauissimū. iucundissimū. ornatissimū canorū. sonorū. argutū. decentissimum. celebratissimū. expolitissimū. altisonū. dulcisonū. mellifluūq; dicemus. Cui in epistolarū tergo tales merito titulos tribuemus. Ioāni mario philepho. musarū cultori. tā ornatissimo. q̄ eleganti. In eplæ uero medio. diuinitatē. elegantiam. facundiā. suauitatem. ornatū. integritatem. nobilitatem. excellentiamq; dicemus.

Ad oratorē. quartadecima regula.

Oratorē. forensiū caularū tutorē. latini eloqui moderatorē. pedestris orationis decus. patriæ linguæ unicū splendorē. reip. consultorē. sanctarū legum asseruatorē. canorā uirtutis tubā. rromanæ linguæ decus. facundissimum. disertissimū. eloquentissimū. elegantissimū. limatissimū. expolitissimum. amatissimū. copiosissimū. grauiissimūq; dicemus. Cui in epistolarū tergo tales titulos dabimus. Benedicto brognolo. oratori facundissimo. rromanæq; linguæ moderatori. disertissimo. eloquentissimoq;. In epistola uero medio. facundiā. elegantiam. eloquentiam. grauitatē. nobilitatē. præstantiam. excellentiam integritatemq; dicemus.

Ad grāmaticum. Quartadecima regula.


Grāmaticum. reip. litterariæ columen. latini sermonis exploratorem. humani studii principem. litterariæ disciplinæ moderatorē. auctorem poetarūq; interpretem: humani codicis expolitorē: latinæ originis exploratorē: humanissimū: accuratissimum: disertissimum: ornatissimū: copiosissimū: doctissimumq; dicemus. Cui tales i litterarū tergo titulos dabimus. Pomponio rromano: utriusq; linguæ moderatori: tam humanissimo: q̄ ornatissimo. In epistolæ autem medio: humanitatē: elegantiam: eloquentiam: doctrinam: excellentiam: nobilitatē: præstantiam: integritatēq; dicemus: seu appellabimus.

Ad scholasticum. sextadecima regula.

Scholasticū quenq; de uirtute benemeritū: litterariæ disciplinæ dicatū: utriusq; uirtutis floribus ornatū: litterarū haud expertem: bonarū artium studiosissimum: eruditum doctū: studiiq; decus humani dicemus. Cui tales in epistolarum tergo titulos dabimus. Iacobo contareno: utriusq; uirtutis cultori: tam studiosissimo: q̄ accuratissimo. In epistolæ uero medio: humanitatem: elegantiam: eloquentiam: doctrinā: excellentiam: nobilitatē: præstantiam: integritatemq; dicemus.

Ad cognatos. Decima septima regula.

Pater: filium: uel nepotem: charissimum: dulcissimum: piensissimum: dilectissimum: lapidissimū: suauissimumq; appellat. Filius autem: patrem: uel pa-



trium: honorandum: obseruandum pientissimum: probissimū: humanissi-
mum: uenerandum: colendumq; dicit. Quibus tales in epistolarum ter-
go tituli tribuuntur. Filius ad patrem. Petro cornelio: patri suauissimo pi-
entissimoq;. Pater uero ad filium. Ioanni cornelio: filio charissimo: suauis-
simoq;. In epistolarum autem medio: pater ad filium: pietatem: charitatē:
amorem: beniuolentiamq; appellabit. Itidem filius ad patrem: sed paterni-
tatem: obseruantia: dignitatem: probitatemq; dicere solet.

Q Ad foeminas. Decima octaua regula..

Foeminam: castitatis decus: pudiciciae exemplum: honestatis speculum: pudī-
cissimam: castissimam: integerrimā: honestissimam: primariamq; dicemus
Cui in epistolarum tergo tales titulos dabimus. Lucretia cornelia: foemi-
nae primariae: integerrimaeq;. In epistolae uero medio: honestatem: pudici-
ciam: castitatem: integritatemq; appellabim⁹. Illud autem sciendum est:
quod foeminae uirorum suorum titulis decorandae sunt. Proinde ex supe-
rioribus: secundum rei personaeq; exigentiam: non tantum in hoc sexu: ue-
rum etiam in altero: uir accuratissimis quisq;: ex se poterit condecens ti-
tulos assignare: & maxime quia multi sunt: quibus diuersi sunt attribuen-
di tituli. propter uariae eorum conditionem.

Q Peroratio.

Iam annuente deo: magnifice. Iacobe: ad prooptatum finem deductum est
opus nostrum: quod eo libentius perfeci: quod & illud magnificentiam
tuam maxime prooptari intelligebam. & plerosq; etiam huius nouae artis
meae percupidos uidebā. quibus omnibus satisfaciendā esse duxi Et tibi pra-
cipue. quē ego & amo & mirifice obseruo: Nam cū tua in me beneficia me-
mori mente reuoluo. quibus me non solū exacto tempore assidue affecisti
sed etiā quottidie afficere non desinis. semper considero quonā potissimū
pacto tuae possim uoluntati morē gerere. Et mihi profecto gratissimū iu-
cundissimūq; semper accidit. quicquid pro tua dignitate etiā cū maximo
labore meo reddere possū. Nec id quidē iniuria. quū enim magis magisq;
indies emolior. ut tecū beneficiis certare possim. tu magis magisq; adeo re-
spondes. ut me semper benignitate ac liberalitate & munificentia a te ui-
ctum esse fatear necesse sit. Et merito illud poeticū figmentum in te com-
pleri uideo. quod illi simplicem dicunt charitem. duplices semper sorores
remittere solitam. Tu enim nūq; unicum euphrosinem meam recepisti.
quin illi aglen thaliamq; cum summa beneficentissime remisisti. Hinc or-
tum est. ut non ego solum. qui inter ceteros oratores siue poetas mini-
mus sum appellandus. sed & ceteri quoq; omnes. qui tuam hanc libe-
ralitatem agnoscunt. quottidie meditentur quibus potissimum sis mu-
neribus afficiendus. Suscipe igitur lato uultu exhilariq; facie quae



tibi munera damus. Et fac ut nostri memor sis: qui maximo cupimus ardore: ut aliquando intelligas: hanc tibi etiã animã nostrã perpetua seruitute dicatã esse. Vale.

Iacobus geroldus: styrius: **Cnitelfeldensis:** bonarũ artiũ doctor: ac patauinæ academiæ moderator. **Excellentissimo doctori Francisco nigro:** ueneto tã oratorũ q̃ poetarũ principi: foelicitatem.

Excogitabã mecũ ipse diebus istis. **Francisce charissime:** quonã potissimũ pacto tibi possem: si non maiores: pares tamen: pro tantis in me beneficiis tuis: gratias referre. **Nã** agere quidẽ satis posse confidebã: sed non in uerbis consistit humanæ societatis conseruatio. **Est** potius in beneficiorũ multorũ uicissitudine. **Et** profecto nihil reperire poterã præstantia dignũ ex quo intelligeres animũ meũ tibi esse gratissimũ. **Sed** cũ in hac diutius dubitatione manerẽ. **Superuenit** etiã præstantissimũ opus tuũ: mihi nuperrime dedicatũ. **In** quo tã facũdissime: tãq; copiosissime. nouã eplãrũ cõponẽdaz artẽ iuenisti: ut nequeã pfecto illã uel satis mirari uel et satis cõmedare. **Vnde** si prius mens mea dubia erat: quo pacto possem pro tantis in me beneficiis tuis: tibi pares gratias reddere: nunc multo magis dubia relinquitur: nec penitus scio: quẽadmodũ possim tanta beneficia etiã sũma animi mei gratitudine consequi: nã non est ad diuinæ huius beneficentiæ tuæ laudẽ: a mea remuneratione: aliqua uel par uel similis comparatio. hæc enim fluxa & uana. illa uero stabilis & imortalis: & ideo non nisi ab imortali corpore exequenda. **Proinde** hoc est ad animũ deferendũ: quod suũ erat corporis perficere. **Animus** igitur qui per se imortalis est & diuinus: quod corp⁹ tibi nec agere nec referre potest: illud perpetua ac memori mēte: semper habere pollicetur. **Tibi** igitur **Francisce charissime:** præter hanc imortalẽ apud me tui memoriã: si quid est: quod mea opera uti uolueris: tuũ est præcipere. meũ autẽ iussa tua q̃libentissime exequi. Vale.

Opusculum hoc de scribendi epistolas ratione q̃ diligentissime emendatum. Arte quoq; & impensis **Hermãni Liechtenstem** coloniensis. Impressum ẽ anno dominicæ incarnationis. 1488. **Nonis Februariis Venetiis.**

Tractatus francisci Nigri auctoris damnati; permittitur de eũ scribendis septis, permittitur, solum.

*V. Sebast. Oster
de mandato dñi Inq̃sitoris.
1629.*


It is a very old manuscript, written in a Gothic script. The text is arranged in two columns. The first column contains the main text, and the second column contains a smaller text, possibly a commentary or a list of names. The paper is aged and shows signs of wear, including discoloration and some small holes.


The text in the first column is written in a dense, black ink. The letters are sharp and well-defined, characteristic of the Gothic script. The second column contains a smaller text, also in Gothic script, which appears to be a list of names or a commentary on the main text.


The main text in the first column is a continuous block of text, written in a Gothic script. The text is arranged in two columns. The first column contains the main text, and the second column contains a smaller text, possibly a commentary or a list of names. The paper is aged and shows signs of wear, including discoloration and some small holes.


The text in the second column is written in a smaller Gothic script. It appears to be a list of names or a commentary on the main text. The text is arranged in two columns, with the first column containing the main text and the second column containing the smaller text.


The bottom half of the page is dominated by a large, faint, and illegible watermark or bleed-through from the reverse side of the page. The watermark appears to be a large, stylized letter or symbol, possibly a 'V' or a similar character, which is characteristic of certain historical documents. The watermark is centered on the page and extends across most of its width.













8av
DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. *478.521*

Sig. *Novès*

Mar. 263-8^o

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961189

